Anh. Egiano 19

Sabellico 220

Argoli


Guadagnoli

Cepraullo de Kassini 266

FIRPO
4095
BIBLIOTECA NAZIONALE
TORINO

Tel 2-F/4-2000

37332



Ex libris
LUIGI FIRPO

21. 8. 4.

Digitized by Google

PETRI ANTONII CORSIGNANI J. C.

DE VIRIS ILLUSTRIBUS MARSORUM

LIBER SINGULARIS

Cui etiam Sanctorum, ac Venerabilium Vitae,

NECNON

Marſicanae Inſcriptiones acceſſerunt.

ROMAE MDCCXII. Typis, & ſumptibus Antonii de Rubeis
in Platea Cerenſi.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino

VINCENTIO PETRA

Sacrae Congregationis Concilii a Secretis, & caet.

PETRUS ANTONIUS CORSIGNANI F.

COGITANTI mihi ſaepe numero atque in dicandorum voluminum morem inſiſtenti, communeque conſilium admiranti cum non ſolum Veterum Scriptorum authoritate ad haec uſque noſtra tempora deductum eſſe occurreret, ſed vel ab ipſa natura hauſtum, vel ab ſummo orbis terrarum opifice ſpeciali nobis nota inu-

Digitized by Google

ſtum cognoſcerem, admirationi finem feci. Et quidem meritò, quum ratio aliqua deprecandi pericula ab ſummam diligentiam pro tanto munere tum non praeſtantibus, quum ipſa cogente humana natura in errores incidentibus inhiri nequeat, niſi nobilitate fulgentium, ſapientia ornatorum, auctoritateque florentium Virorum nomine opus inſcriptum eſſe cognoſcatur. Quo enim pacto Cenſorum omnium acre iudicium deterreretur? Quod etſi optimè dicta, egregièque omnia expoſita eſſe conſtet, effugi tamen non poteſt; Qua igitur alia ratione vitare potuiſſem, praeſertim ipſe, ſi librum percurrentibus, quid improbent, non deerit? Nulla etenim gloriae cupidine adductum, nullaque ingenii oſtentatione permotum hoc ſuſcepiſſe negocium confirmo, ſed tantum ob bene de me meritam Patriam, extinctorum Civium meorum gloriam, qua poſſem laude, non ſchematum luminibus, non verborum ornamentis, non ſententiarum leporibus proſequerer, quibus eo magis non utor, quanto maiora ſunt horum geſta, quae niſi nuda expoſitione non egent. Dicant itaque quod libet, pronuncient eam, quae ipſis cordi eſt, ſententiam, horum dicta etſi vererer, pro Patria tamen nullum eſt opus, quod non

ſuſci-

ſuſcipi, nullum incommodum, quod non exantlari debeat, homines ipſi, quorum res optimè geſtas percenſeo, exemplo docuerunt. Aſt tantopere non pertimeſco, quantopere in tua una authoritate hos comprimere poſitum eſſe gratulor. Quanquam enim in opere id fortè contingerit, in hoc tamen, nempe tuam in me requirens benevolentiam haud erraſſe ſat omnibus liquet. Etenim non ſolum, ut aliqui conſueſcunt nobiliſſima familia nati, quanvis rerum, quae pertractantur imperiti, ſed & magnae authoritatis Viri, quam rebus benè geſtis, muneribus pro Chriſtiana Republica egregiè functis comparaſtis, & ſummae benevolentiae erga Marſos teſtimonio plures annos tua adoleſcens praeſentia dignatus es, dum apud tuum Patruum Didacum Antiſtitem maneres, patrocinium imploro. Et me tantomagis tibi gratum eſſe perſuaſum habeo, quantomagis non aliò meae pertinent lucubrationes, niſi quod ſub Patrui Tui auſpiciis fieri non potuit ab Hiſtorico Marſo morte praevento, ego pro viribus, tuo etiam ſub nomine conarer. Unde ſi Te laudibus me extollere agnoſcis, ſcias velim, non eo conſilio id agere, quod Tuarum rerum geſtarum gloria meo egeat praeconio, ſed quod alia nobis Civibus,

Patritiiſque , quorum loco id agere arbitror , ob tot , tantaque Tui Patrui in nos beneficia , praecipuè ob Collegium Civitatis Piſcinae bonis moribus imbuendae iuventutis cauſſa ab eo excitatum , Templaque collabentia nonnulla , plaeraque collapſa inſtaurata , via relinquitur , qua ingratitudinis notam vitare valeamus . Et quoniam mihi tantum non ſuppetat ingenii , taliſque dicendi copia , ut dignè Te poſſim laudibus extollere , ideò ſilentio potius , quam verbis proſequar. Quis autem Tui praeſertim generis longiſſima Maiorum ſerie nobilitatem deſcribere valeret , cum potius dies , quam materia mehercle deficeret ! Quis Viros militiae munere decoratos , qui in Belgica Gallia amplius quattuor ab hinc aevis floruere ; quum ibidem Tua eluxit familia , quae nunc etiam ibi floret ? Quippe Sacri Romani Imperii Electoris Archiepiſcopi nunc Moguntini Lotharii Franciſci nobilis familiae a Sconborn Avia Paterna extitit praeſtantiſſima Mulier Maria Barbara Petra ; exindèque eadem Familia Petra in Italiam translata , plura nobilia feuda in Regno Neapolitano obtinuit , ac praeſertim CC. *annorum continua ſerie Nobilis Oppidi Vaſti Gerardi Maiores Tui per lineam rectam Reguli fuere ,*

obten-

obtento ab Auſtriacis Monarchis in dicto Oppido Ducatus titulo, quo nunc ſpectatae virtutis, & integritatis Vir D. Nicolaus Tuus ex Germano fratre nepos decorè potitur. Quis item exarare valeret ex eadem Proſapia Tua Hyeroſolimitanos, Calatravenſes Milites? Quis alios virtute ornatos, in ijs Carolum Patrem tuum, qui Ritus *Magnae Curiae Vicariae optimè illuſtravit, ac munus Regentis Collateralis Neapoli exercuit, necnon Proſperum Abavum Tuum eiuſdem Civitatis Conſilii S.Clarae nuncupati Senatorem, qui doctas, perutileſque obſervationes ad eiuſdem Supremi Senatus deciſiones a Grammatico, & Capycio exaratas addidit. Praetermitto Familiae Tuae Praeſulum encomia, Didaci nempe ſupradicti prius Marſorum Antiſtitis, exindeque Archiepiſcopi Surrentini, atque Dionyſii Epiſcopi Capritani, qui utrique Tui fuere Patrui. Sileo tandem Praelatorum ſeriem nobilis familiae Filonardae, cuius Avia Tua Paterna extitit, ſatiſque innuere ſit, Maiores Tuos è dicta fuiſſe linea, necnon emeritum Cardinalem Ennium Filonardi a Paullo III. Purpura decoratum, ac Philippum etiam Filonardi à Paullo V. eadem dignitate inſignitum. Omitto autem*

prae-

praeſtantes affines, Conſanguineoſque, cum quibus eidem familiae tuae neceſſitudo intercedit; nempe Neapoli, Serſale, Strabone, Capuano, de Januario, & Eboli, Romae verò ob Tuam dictae Familiae Filonardae Aviam cum praenobilibus Familiis Cincia, & Alteria. Quorum Maiorum Tuorum, familiaeque, ut aliquomodo dixi egregiè geſta etſi talia ſint, tamen quoties de Te cogito, adeò Tu me tuis virtutibus occupas, quod haec omnia ex mente excidunt, & nullum apud me, praeter Te relinquis admirationi locum. Quid aliud dici poteſt? Cum nulla melior in Te virtus valeat optari: omnia es amplexus, cuncta es aſſequutus. Nam vix adoleſcens inter Sanctiſſimi Signaturae Referendarios connumeratum Te nos eſſe gaudebamus, quod ab INNOCENTIO XII. *in eiuſdem Signaturae Votantium Collegium aſcitum, deindè in Congregationis Immunitatis Votantis, inque A. C. Locumtenentis munus, eiuſdem munificentia evectum miramur; ſed etſi Tua eximia Virtus magni ab* INNOCENTIO *habebatur, maximi tamen a* CLEMENTE PONT. MAX. *nunc feliciter regnante habetur; dum Te inter Votantes Signaturae Gratiae, Sacrae Poenitentiariae, Sacro-*

rum

rum Canonum Doctores, ac Supraemae Urbis Inquiſitionis contra haereticam pravitatem conſultoris, tandem Congregationis Concilii a Secretis conſtituere non dubitavit. Hinc non modò, ut Praeſulem decet bonum te praebere contentus es, ſed ſuavitate aliis longè praeſtare cupis. De ſapientia qua imbutus es, haud loquar; exemplo ſint nobis in lucem edita, ac edenda Commentariorum Volumina, *in quibus omnia, quae ad Sacrorum Canonum, Bullarum nempe Pontificum pertinent ſcientiam, habemus. Quod quidem tantopere admiramur, quantopere Te praedictorum munerum occupatione impeditum, tam doctum praebuiſſe cognoſcimus, ut omnes uno ore, & omnium doctrinarum peritiſſimum, omnibuſque iuvandis ſtudioſiſſimum (nulla enim alia de cauſſa rem ſuſcepiſti) praedicant. Plura dicere poſſem, ſed reticeo, nam haec adeo ſunt omnibus nota, ut nil tam fama per hominum ora circumferatur, quam hoc; licet ex eorum numero Te non eſſe conſtet, quorum aures laudibus titillantur; Quoniam non adulandi ſtudio hoc ago, quum nihil quod non eſt omnibus exploratum dixi, tum etiam quòd longè alienum tibi aures aſſentatori praebere eſſet, quam mihi aſſentari. Unum denique a Te verè efflagito,*

ut

ut ſi quid non elimatum lapſum in opere ſit; id meae condonabis iuventuti, ingenii tenuitati, ac Juriſprudentiae, quae hiſtoriae minimè aſſociatur occupationi, qua teneor; ob quae quidem niſi aliis iuvare, ac Marſis gratias referre aſſequi valuiſſem, tamen fac, ut Tibi placuiſſe cognoſcam. Vale.

Im-

Digitized by Google

Imprimatur

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

D. de Zaulis Archiepiſc. Theod. Viceſg.

PErlegi ego infraſcriptus librum, cui titulus *Petri Antonii Corſignani J. V. C. De Viris Illuſtribus Marſorum &c.* a Reverendiſſimo Patre Fr. Gregorio Selleri, Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro, ad me ad hunc effectum tranſmiſſum, at cum nihil in eo contra Sanctiſſima Eccleſiae Romanae Dogmata, aut contra morum honeſtatem deprehenderim, Calcographo committi poſſe fidem facio: namque hoc opus, ceu ſupplementum Hiſtoriae Marſorum Mutii Phoebonii, Marſis omnibus, aliiſque nunquam non utile, nunquam jucundum non erit.

Eques Proſper Mandoſius.

Imprimatur.

Fr Gregorius Selleri Ord. Praed. Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

PETRI

Digitized by Google

PETRI ANTONII CORSIGNANI J. C.

DE

Viris Illuſtribus Marſorum.

CAPUT PRIMUM.

In Operis Praefatione.

FERE' omnium qui praelo aliquid dedere, vix unus erit (Lector) qui Ariſtarchorum vulnera effugerit. Scriptores etiam celeberrimi, quorum dicta Tulliana videntur, pleriſque in partibus malignorum lituris expuncta ſunt. Quippe Homerus quod aliquot verſus ſuffuratus eſſet, reprehenditur, Cicero quod in ſalibus, jociſve ſubrigidus, inque verſibus elumbis, Saluſtius, quod affectata verba haberet, Seneca quod dulcibus vitiis, nimiſque ingenio indulgeret, olim fuere notati; & noſtra etiam aetate, non ſemel prolixitatem, vel brevitatem, enervem, languidumque ſtylum criminantur.

Digitized by Google

tur. Nil certè reperitur, quod ſuis dentibus livor non configat. Fatente enim Seneca, alter in alterum continuo illiditur: Id quod praeclariſſimis quoque Viris uſuveniſſe compertum eſt. Deſint quanvis nunc temporis Ennii, vel Tullii, & magna illa nomina Archelai, Africani, ac Moecenatis penè defecerint; ſolatii tamen loco duximus, quod unicuique ſcribere liceat; tum quia nulli praecluditur occaſio jam dictis aliquid adjungendi, & ab ipſis quicquam etiam eripiendi, quum à Platone Ariſtoteles, ab Ariſtotele Averroes, ab Ennio Horatius, plura fuerint mutuati; tum quia ſi Hyppocrati in Dyoniſio credimus, nunquam adjecta, ereptaque virtus etiam abſque Macedonum tutela nociva dicitur.

Ego itaque illuſtrium Virorum amator, illorum praeſertim, qui armis, dignitatibus, aliiſve claris virtutibus Marſos ornarunt, vultus, ſive picta lineamenta, ſculptaque egregia eorum opera hic tanquam antiquitatum ſuffur exponere pretium operae duxi; licet nemo hactenus ſimilem ediderit laborem, quum nullus de his tractaverit: Solummodo hiſtoriam Marſorum pluribus in locis deperditam, in unum Mutius Phoebonius anno MDCLXXXVIII. collegit, ubi lib. I. cap. XI. aliquos claros viros obiter innuit; & in Catalogo Epiſcoporum Marſorum poſt dictam hiſtoriam impreſſo pag. 31. de Viris Illuſtribus tractatum promiſerat, quod morte praeventus conficere non valuit, immo nec ipſam hiſtoriam po-

ſthu-

ſthumam relictam evulgatam vidit; Hinc eidem obſequendo in mente diu habui, Marſos excellentes homines, tanquam Phoenices è cineribus evocare, quoniam fatente Medicorum Principe ad Senat. Abderitarum: Beati ſunt doctos ſcientes Civitatum monumenta eſſe, ſapientumque hominum ſapientia conſilia, egregiaque exempla vocari. Magis enim Patriae, quàm Parentibus adſtringimur, ut inquit Cicero lib. I. de offic. cap. xvIII. his notis – Unicuique noſtrum cari ſunt Parentes, cari liberi, & familiares; ſed omnes hominum charitates una Patria complexa eſt, pro qua quis bonus mortem dubitet appetere, ſi ei ſit profuturus? Multi etiam pro Patria paupertatem, & mortem ſuſtinuere –.

Licèt autem laudatus Author quoſdam loco citato per Elenchum ex his recenſuerit; Nos tamen authoritate Volaterrani, Blondi, Waddinghi, Baronii, Ciacconii, Toppii, Nicodemi, Ferrarii; aliorumque exactioris calculi Scriptorum, multos ab eo non relatos enunciamus; Quibus verè in his ſcriptis trophea erigenda eſſe autumavimus, ut Alexander proprium ſcindens dolorem defuncto Achilli fecit, cui in memoriam fortitudinis Q. Curtio teſtante, tumulum ſquammatum erexit. Quod etiam à Romanis factum fuiſſe legitur in Kirchanno de Fun. Rom. lib. III. cap. xxvII. Immò ad Romanorum inſtar, qui Columnas Maximis erigebant Viris, Ægyptii quoque eiſdem Obeliſcos conſtruebant. Rurſus dictis Viris ſuum ignem arſiſſe apud alios

habemus; ignis enim anaglyphicè Immortalitatem deſignat, ut in Timaeo Plato à Val. Max. lib. IX. cap. XX. & XXI. relatus, inquit, & Lactantius de Origin. error. lib. II. cap. IX. *Nos enim*, dixit, *quoniam coeleſte atque immortale Animal ſumus igne utimur, qui Nobis in argumentum Immortalitatis datus eſt*.

Hinc etiam tumuli, picta lineamenta, Urbeſve Proceribus Sacrae erigebantur. Inter caetera enim, ut in Dion. lib. XVI. habetur Milonia Oppidum Samnitum aedificata fuit in memoriam cujuſdam Civis Romani ex municipio Lanvino, qui cum P. Clodium multa ſeditiosè in Republica molientem interemiſſet, fruſtra defenſus Maſſiliam damnatus, deinde in exilium Samnites profectus eſt. Multae etenim ſunt Virtutis laudes, quas omnes referre longum eſſet: hoc certum eſt hominum memoriam Illuſtrium nunquam interire, humana licèt omnia, & imperia ipſa ſuum finem, exitiumque patiantur: Quippe aureum illud Caput, Babilonicumve Imperium ubinam eſt? Ubi aeneus venter, & Macedonicum robur, quod extincto Alexandro contabuit? Ubi argenteum pectus, regnumque Perſarum, quod in Dario Condomanno defuit? Periit Tyriorum Colonia Gloriae Romanae Æmula Cartago, cui trecentae Urbes Lybicae paruere, & Albae Marſorum Colonia Romana, tot regum cuſtodia, ubinam eſt? Interiit Graeciae Muſeum litteris affluens Reſpublica Athenienſis. Concidit Babylon. Vita quoque, ut Lipſius ait, brevis eſt, forma deficiens,

pe-

pecuniae fluxae, bellum pernicioſum, Victoria anceps, concordia fallax, ſenectus miſera, mors quandoque felicitas; Sapientium autem egregiorumque Virorum exempla, & fama perennis eſt!

Itaque Jure optimo Illuſtrium Marſorum Elenchum retegam, quibus ſepulcra, etſi conſtruere, igneſque excitare non valeam, illos tamen ut mei amoris nota ſingulis pateat typis commendo. Licèt hoc explere nimis audax videatur. Mundo videlicèt exhibere, non partum quidem, ſed ingenii abortum, cum hoc etſi luci mox commiſſum videatur, duobus tamen ab hinc annis hactenus in ſinu foverim, ut nil in eo intactum relinquerem. Vetuſtati ergo Patriae, Deo adjuvante, amiciſque ad id proſequendum ſaepe hortantibus indulgendo, illud inter Fori clamores pro modulo meo legali abſolutum, praelo evulgandum potius, quàm incuriae tradendum apud me ipſum ſtatui: Etſi propoſito acceſſerint, quum aliqua corporis infirmitas, tum erga majores noſtros aliquorum malignitates, praeſertim contra Franciſcum Patruum J.C. & ad Judicatum M.C. V. Neapoli approbatum, Virum probum, ob Auditoris Generalis munus Atiſſae pro Excell. Columnenſibus geſtum, atque contra Hieronymum Quintium dilectiſſimum genitorem ſpectatae integritatis Virum, qui olim Ortygiae pro Excell. Sabellis, mox pro Columnenſibus, Tranſaquis, Lucentibuſque Marſorum jura dedit; pro quibus ab Urbe diſcedere, ac Theatem prius, exindeque Neapolim petere

re coactius fui; quod ſanè ita praefari duxi, ut quae mihi ſcribendi, & prorogandi occaſio fuerit omnibus innoteſcat. Ceterum aliarum rerum, hominum, & antiquarum Inſcriptionum tabulas, quas infra ſubjectas videbis, jam dedimus ſatis jejunas; pleniores utique daturi una cum Imaginibus Virorum Illuſtrium, ſi nobis petentibus monumenta; ſumptus ſuppeditaſſent hi, quibus cordi eſſe debuerat Patriae, Familiaeque ornatus. Praeli etiam, meique defectus ne crimineris, quia mihi, non aeris, aut honoris deſiderium; ſed Marſorum decus, officiumque ſcribendi cauſſa fuit.

CAPUT II.

Marſi unde dicti, & ubi poſiti.

HIS itaque praemiſſis antequam dictos retegam Viros, operae pretium foret, de Finibus Italicis, Marſicis, Populive foedere etiam cum Romanis inito praeloqui, ni Marſus hiſtoricus ſuo in loco citandus multa ex his texiſſet, proindeque omnibus haec comperta eſſent; praeſertim verò Famigerata Italorum nomina à priſcis impoſita, ut Thyrrenia, Auſonia, Ænotria, & alia juxta Incolarum diverſitatem ſic nuncupata, quibus auctis, partes etiam Italas auctas fuiſſe autumo in alias praecipuas Gentes in Hiſpanos videlicet, Latinos, Graecos,

Sa-

Sabinos, Pelignos, Samnites, Marſos, caeteroſve in T. Livio, Volaterrano, Blondo, aliiſque notatos. Sigonius autem hiſtoriar. lib. 1. num. 40. ejuſdem Italiae magnitudinem extollens in decem, & ſeptem Provincias, ſive à Conſtantino Magno Imperatore, ſive paullò ante illius tempora inſtitutas, aut aliis Praefectis ad gubernandum commiſſas, illam excepit: Provinciae verò haec erant Venetia, Liguria, Rhaetia Prima, Rhaetia Secunda, Alpes Cottiae, Tuſcia, Campania, Lucania, Æmilia, Flaminia, Picenum, Valeria, Samnium, Apulia, Sicilia, Corſica, & Sardinia, unde quemadmodum annuebamus, omnes Eruditi inter dictas Celebriores partes Italiae, praedictam Valeriam, & Marſam nuncupatam Regionem ſciviſſe creduntur. Aſt quo ad Etymologiam Marſos Graeci Tuſcos vocant, quaſi propriis literis ὀφιέχυς quod multos ſerpentes habeant, & ὄφις ſerpens dicatur. Marſorum etiam, Librorumve latera verſus mediterranea clauſerunt Gambrivii (quoad confinia) ubi Holſatorum Regio eſt qui & in ripae altis Borealis incoluere: Marſi nomen item hodie Saxonibus uſitatum Epyrum deſignat, ideſt continentem mari contiguam, vel Terram humiliorem, vel paluſtrem. Inde Marſos appellatos coniicio maris accolas, quaſi Epyrotas ad Holſatorum differentiam; unde teſtibus Philippo Melanthone, & Gaſparo Peucero in Chronicon Carionis libr. iv. fol. 297. Ditmarſi, Stormarſi, Wiſtermarſi, & Crampermarſi

marſi ibidem nuncupantur, quod neutiquam Noſtrates agnovere. Item utriuſque gentis nomen, nec non Theutonum, & Marſorum in Silla Plutarchus perpendit. Rurſus Marſici Populi à Marſico Oppido in Baſilicata Salerni gentes, nomenque trahunt.

Nos autem quidquid de praefatis legatur, de Marſis loquimur Aprutinis apud Italos; de his videlicet, qui haud Wiſtermarſi, ſive Marſici, ſed Marſi itidem Aprutini olim cum Sabinis, Pelignis, Atinatibus, aliiſque additi fuere, ut Plinius, Tauler. hiſtor. Atin. lib. IV. cap. I. & alii communiter ſcripſerunt, nec non Philippus Cluverius Introduct. ad Univerſ. Geograph. ultim. aedit. Lugdunienſis apud Elzevirium anno Salvatoris cIↄ. Iↄc. xxix. cap. xxviij. qui *Pelignis*, inquit, *& veſtinis in mediterraneo continuabantur Marſi*, *quorum Alba Fucentis ad Fucinum lacum*, *quae & hodie nomen antiquum in ruinis retinet*, *vulgo Albae & Albi dicti*, & idem Cluverius in Ital. antiqua juxta eandem Elzeverianam Officinam, ſed impreſſionem anni cIↄ. Iↄc. xxiv. tom. I. lib. II. cap. XV. videndus eſt. Marſorum etiam commeminere Jacobus Hondius in deſcript. Ital. cap. XII. fol. mihi 260. Dominicus Nigrus in Epitom. ad Strabonem impreſs. poſt Geograph. lib. v. fol. 695. Octavius Beltranus, & Caracciolus in numeratione Foculariorum Regni Neap. pag. 245. Silius Italicus lib. IV. cum Commentar. Petri Marſi, Strabo lib. VIIJ. Ptolomeus, Tacitus, Mela, Svetonius in Vita Claud. Im-

Imper. Card. Baronius in Annal. Odericus Rinaldus Annal. Cluverius d. cap. xv. Baudrand. in Geograph. tom. 1. fol. 228. Vergilius, Martialis citand., nec non fuſius Philippus Brietius Jeſuita Belga in Parallelis Geograph. Ital. inque appendice ad tom. 11. par. 11. lib. v. num. 6. ubi ſequentia de his verba fecit: -- A Marro (inquit) Marſi nomen accepiſſe perhibentur, qui dux eorum fuit, & de ſuo nomine Marrubium gentis Caput condidit. Alii volunt à Marſya Phrygum Rege dictos eſſe, & hic multa fabulosè comminiſcuntur, quae apud Solinum, & Servium leges; ſicque Phrygios origine eos credunt eſſe. Alii denique ut Servius à Circe prognatos malunt, & dictos Marrubios, quaſi ad Mare Vitam degentes, quia accolebant Fucinum lacum *le lac de Celeno*, qui maris inſtar patet. Solinus autem tradit Medeae Filium Marſis imperaſſe, & Servius autumât Medeam hic dictam eſſe Angitiam, quod ejus carminibus ſerpentes angerentur; certè, ait Agellius libr. vi. cap. xj. Familiae Marſorum quaedam vim habent ſingularem contra ſerpentum morſus: addit Solinus gentem Marſorum à ſerpentibus illaeſam eſſe.

Sed quaeſo praecipua veterum, graviorumque Authorum verba cur non audimus? Plinius enim lib. iij. cap. xij. inquit: *Gellianus Author eſt, Lacu Fucino hauſtum Marſorum Oppidum Archippen, conditum à Marſya Duce Lydorum*, & Plinii Epitomator Solinus ſupracitatus cap. viij. *Quis ignorat*, ſubjunxit, *conditam Archippen à Marſya Rege Lydorum*,

quod Oppidum hiatu terrae hauſtum, diſſolutum eſt in lacum Fucinum? Ludovicus Caelius Rhodiginus Lect. Antiq. lib. VI. cap. XVI. etiam fuſius ipſorum meminit, nec non Firmicus Matheſeos II. in lunae decretis ubi *ſi in Saturni*, inquit, *Domo fuerit iſta conjunctio tortores, aut carnifices faciet, aut Marſos tales, qui aſpides venari conſueverunt, & Reges Archip. &c.* Vergilius autem Archippum fingit Marſorum Regem ſub Aeneae aetate his verſibus Æneid. lib. VII.

Quin et Marrubia venit de gente Sacerdos
Fronde ſuper galeam, et felici comptus oliva
Archippi Regis miſſu &c.

Idemque Plinius lib. VII. cap. II. *Simile*, inquit, *& in Italia Marſorum gentis durat, quos à Circes filio ortos ferunt: & ideo ineſſe vim naturalem eam*. Agellius lib. XVI. cap. XI. *Gens in Italia Marſorum orta eſſe fertur à Circes Filio; praeterea Marſis hominibus quorum duntaxat familiae cum externis cognationibus nondum etiam permixtae, corruptaeque ſunt, vi quadam genitali datum eſt; ut ſerpentum virulentorum domitores ſint, & incentionibus, herbarumque ſuccis faciant medelarum miracula.* Eſtque etiam notatu dignum Viperam dici vulgo Maraſſum à Marſis, qui id genus multa contrectare frequentiſſimi fuerint moris, Rhodigino Lect. Antiq. lib. VI. cap. XVI. interprete. Apud Firmicum ſic iterum adnotatum invenies. Oriente autem Ophiuco nati cui fuerint, Marſi erunt, qui ſcilicet peſtiferos angues ſopitis, ac mitigatis aculeis opprimunt, Solinus exinde cap. VIII. iterum inquit:

Gen-

Gentem Marſorum ſerpentibus illaeſam eſſe nil mirum ; à Circes filio genus ducunt. Caelius Aeetae treis Filias Anguitiam, Medeam, et Circen dixit fuiſſe, Circen Circaeos inſediſſe Monteis Carminum maleficiis varias imaginum facies mentientem Anguitiam vicinam Fucino occupaſſe Medeam ab Jaſone Butrhoti ſepultam, filiumque eis Marſis imperaſſe. Iſidorus Grammaticus de Origin. lib. IX. cap. II. *Marſi*, dixit, *gens Italiae dicta à Comite Liberi Marſya ; qui uſum illis vitium oſtendit, & ob hoc illi ſtatuam fecerunt, quam poſtea Romani victis Marſis Romam tulerunt* (hoc etiam infra nos occaſione referimus) Ceterum, quicquid dicti Scriptores dixerint ; libet praeterea nobis à Marrone Marſorum Primo Duce Marſos Originem, nomenque traxiſſe autumare cum aliquibus ex dictis, Aulio Gellio lib. XVI. cap. XI., & Leon. Oſtien. in Chron. Caſſin. lib. I. cap. XXXVII., et aliis.

An verò fuerit olim Marſicana Civitas, vel potius hoc commune Marſorum nomen, quod Oppidis denominationem dederit, incertum eſt ; Nam Ughell. Ital. Sacr. tom. I. colum. 953. ita dixit: *Fuiſſe aliquando Marſiam Civitatem quam lacus abſorpſerit, quaeque Marſis cognomen fecerit, planè fabula eſt.* E converſò autem Leo ſupraçitatus ſcripſit cellam quandam Sancti Paulli *ſupra ipſam Civitatem Marſorum*, & in dictis Chronicis Caſſ. libr. II. cap. VII. *In Civitate Marſicana* ; Unde etſi Marſorum univerſa Regio una Civitas ſolùm dici potuiſſet, contrarium tamen cum cit. Ughellio, nimirum ſub no-

nomine Marſicae gentis plura Oppida veniſſe cenſeo, eoque magis quia idem Oſtienſis in Prolog. fol. 85. teſte Petro Diacono ibidem, Marſiam interdum pro tota Marſorum regione vel Provincia excepit. Circa verò hujus fines, ſciendum eſt, quod Marſi ab Oriente à Pelignis, & Veſtinis ſeparantur, ab his Aterno Fluvio, ab illis linea ad Appenninum protracta; A Septentrione Sabinis vicini ſunt; Ab Occidente Telonio Fl. Turano teſte ab iiſdem Sabinis dirimuntur: A meridie demum linea paullo infra Liris fontes ducta à Latio dividuntur. A Roma verò xxx. circiter Mill. diſtantes ſunt; Author eſt inter alios Brietius in Appendic. ad Parallel. Geograph. Ital. tom. II. par. II. lib. v. num. 6. circa finem.

Hujus autem Populi vetuſta aliqua Caſtellorum, & fluminum nomina hic referre haud exiſtimavimus, verùm tantum annuere pretium operæ duximus: Etenim fuere Archippe, ſeu Archipinna, Alba, Valeria, Pinna, Marrum, Siſara, Marrumpanum, Juvenculus, Pitornius, Siſare, Remundi, Surcinalis, Tavana, Rufea, Aureus fons, Liris, Muſcinus, Euſica, Tebe, Aureus alter, & Sangris, quae omnia in charta geopraphica apud Phaebonium in ſua hiſtoria videntur.

Ceterum Provincia, quae in ſermone eſt, dicta olim fuit provincialis è Via Valeria a M. Valerio Maximo facta, & nuncupata Provincia Valeriae Marſorum, quum Valerienſes oſtentavit, teſtis eſt

eſt Cardinalis Baronius Soranus Annal. tom. 11. in verbo Provincia, quibus nominibus poſtea Valeria Urbs ſucceſſit; Cognomen tamen Dioeceſale longè poſthabuit à Summo Pontifice Paſchale II. Anno M LXXXXIX. Sed Marſorum nomen vetuſtiſſimum Populi tenuere, quum ipſa nationem continuerit magnarum geſtarum rerum memorabilem tum in Dignitatibus, & armis, tum etiam in virtutibus; quae ſi numero ob temporis aedacitatem parvae dicuntur, in eis tamen curſus gloriae ſupereſt ſempiternus. Meminit etiam Marſorum Juven. Satyr. XIII. verſ. 165. his verſibus:

Fictilibus coenare pudet, quod turpe negavit
Translatus ſubito ad Marſos, menſamque Sabellam.

Item Perſius Satyr. III. v. 64.

Et piper, & pernae Marſi monumenta clientis?

Idemque Juven. Satyr. XIV. v. 175.

Vivite contenti Caſulis, & Collibus iſtis
O pueri, Marſus dicebat, & Hernicus olim.

Aſt relinquimus regionis amenitatem, poma, aliorumque fructuum copiam, necnon medicas herbas, ex quibus Marſorum Populi aliti, ut jam dictum eſt, olim ſerpentum morſus ſaliva medebantur. Addimus denique celeberrimum Fucini lacum, de quo ultra hiſtoriam Marſorum, Raphaëlem Fabrettum, & citatos Scriptores loquuti etiam fuere vetuſtiſſimus Author Graecus Iſacius Tzetza relatus à Cluverio Ital. antiq. lib. II. cap. XV. num. 10. fol. 763. φόρκη, λίμνη φ. &c. Ideſt Phorce eſt lacus ſta-

dia

dia 17. à Roma diſtans, & Vibius Sequeſter in Catalogo lacuum Italiae: *Fucinus*, inquit, *in Marſis eſt*, Plinius lib. XXXI. cap. III. *Aqua Marcia oritur* (ait) *in ultimis montibus Pelignorum ; tranſit Marſos, & Fucinum lacum*. Dio autem lib. LX. τὴν , λίμνην τ̃ &c. Ideſt Claudius Fucinum lacum, qui in Marſis eſt in Tiberim emittere voluit.

Verum etſi prolixitate noter, antequam Viros congeram illuſtres, iterum libet Marſicum Bellum obiter annuere, de quo L. Florus ait, illud cum ſtrenuis Italiae Ducibus, & Commilitonibus emicaſſe, hinc etiam Vergilius Georg. II. inquit:

Hoc genus acre Virum Marſos pubemque Sabellam.

Erat quippe Marſorum manus Herculea, vel ut reor Briaraea, nam de ipſa Silius lib. XIII. mentionem quoque fecit; unde exteris nationibus talem dexteram pluries incutiiſſe timorem in Horatio lib. II. od. XX. planum eſt, immò cum Romanis totius orbis tunc dominis fortiter pugnaſſe, M. Joannes Tarchagnot. hiſtor. Mund. par. II. lib. XXII. fol. 427. refert, tempore praeſertim M. Valerii Max. Dictatoris, quando, ut Venuſinus Epod. libr. od. XVII. inquit.

Suis ipſe viribus Roma ruit.

Haec autem Natio, ut Strabo libr. V. aſſerit, *exigua eſt quidem, ſed fortitudine conſpicua oſtentata Romanis eorum ſaepiſſimè virtute ;* Proprium namque, & peculiare Marſorum ſemper fuit vincere, & hoſtes ſuperare, dixit Hiſtoricus Marſus lib. I. cap. V. & Philippus Brietius Belga in cit. Parallel. Geo-

graph.

graph. Ital. Append. ad tom. II. par. II. lib. v. n. 6. circa med. inquit -- *Quam fuerint fortes Marſi arguitur eorum facto bello ſociali, quando caeteris animoſiores ad Urbem caſtra poſuerunt; cum edixit Sylla, ne quis Samnii vivus caperetur, itaque eos exterminare ex Italia conatus eſt, quod diceret quietam Italiam eſſe non poſſe, quandiù hi Populi cohaererent.* Vide etiam Ciceronem Philipp. III. & IV. qui Marſicam Legionem in Alba Marſorum conſtructam ſcribit, lege etiam T. Livium hiſtor. lib. IV. ubi refert bellum Volſcorum, qui Populus erat, ut diximus cum Marſis nequaquam diſcretus anno ab U. C. CCCXLVI. cum Æqui, Volſcique agrum Latinum, & Hernicum Hoſtes praedabantur; licet demum verum ſit Marſos exinde à dicto L. Sylla, & C. Mario victos fuiſſe tempore quo Aſinius Praetor obiit juxta Tarcagnot. d. par. II. lib. XXXVI. pag. 742. Tandem verò pro coronide liceat mihi de tribus Civitatibus ſubſequentibus, Aquila nempe, Corfinio, & Sulmone quaedam honoris gratia dicere. Nonageſimo enim ab Urbe lapide, Provinciae, quae nunc Marſos antiquitus vero Samnites oſtentabant, mox Aquilani circumſtant ab Aquila pervetuſta Civitate dicti, qui originem habuiſſe creduntur ab Amiternis Civibus poſtquam L. Sylla Forconium eorum Urbem devaſtavit; Ibidem etiam habetur bellum Bracchianum accidiſſe, quando obſidionem eidem faerox Bracchius fecit, ut Angelus Forticulanus de Bello Braccenſi, & Vivius comm. opinion. CCIII. lib. I. ſcripſerunt, pro-

pte-

ptereaque Forconio deſtructo Aquilae Urbs in Aprutio Neapolitani Regni celeberrima iterum aedificata fuit, ut Hiſtoricis, & Geographis compertum eſt, praeſertim eruditiſſimo Vincentio Coronellio amico noſtro in Bibliot. Univerſ. lit. A. in verb. Aquila, licet anno MDCCIII. in partem ipſam terraemotus demolitus ſit. Familiae nobiles Aquilanae hic attrito ordine ſunt Alferia, Quintia, Antonella, Bonanna, Cappa, Branconia, Trentacinque, Vivia, Ciambella, Porcinara, de Simeonibus, & aliae plures. Circumſtant etiam eidem Sorani, & Peligni in quarta Regione Italiae poſiti, quorum Metropolim Corfinium prope Marſos fuiſſe legimus in Tarchagnot. hiſt. mund. lib. XXXIX. par. I. vol. II. fol. 711. Urbs quidem in planicie poſita fluviis, undique rigua, de qua Diodor. lib. XXVIII. *Erat*, inquit, *illuſtriſſima, maxima, & communis ab Italicis praefecta*, caeteraque de ipſa admirabilia in eodem Diodoro leguntur. Habebat inſuper mixtum, & merum imperium ad Romanorum inſtar, immo etiam Licaeum non longè à Rodiano XXXI. mill. paſſ. juxta flumen, ex quo aqua à gentibus ducebatur, ut ex quodam lapide ibidem poſito adſpiciebatur.

RESPVBLICA POPVLVSQVE
CORFINIENSIS
SACELLVM LYCEVM VETVSTATE
DELAPSVM ADIECTIS BASILICIS
SVA PECVNIA RESTIT. DECRETO
DECVRIONVM

Quae

Quae ſiquidem Caii Sillii Italici Poetae, Oratoris & Conſulis Romani patria fuit, quem Petrus Marſus ſuo loco referendus laudavit, Teſte Nicolao Toppio in Bibliothec. Neap. pag. 53. Sillius itaque in lucem edidit opuſculum de Bello Punico librorum XVII. Teſtibus Hieronymo Henninq. in Theat. Geneal. tom. IV. fol. 821. Joanne Glandorp. in Omaſticon. hiſtor. Roman. fol. 808. Mattheo Rader in Martial. lib. VII. epiſt. LIII. n. 26. fol. 475. Joanne Camerte in Lucium Florum libr. III. cap. XVIII. fol. 122. Franciſco de Petris hiſt. Neap. in fine Lucio Camarra de Theate antiquo libr. II. cap. II. fol. 106., & cap. III. fol. 113.

Pelignorum quoque Civitas Sulmonis à Solymo conſtructa fuit anno ab Orbe condito MMDCCLXXXVIII. qui Aeneae comes cum ad Marſos, & Pelignos devincendos miſſus eſſet, Valva demolita, Sulmonem ſuo nomine dixit, in qua quidem, ut omnibus patet Ovidius Naſo natus eſt, quemadmodum ipſe IV. Triſt. expreſſit.

Sulmo mihi Patria eſt, gelidis uberrimus undis.

Quot autem vicibus Sulmo à fundamentis everſus fuerit, vide Phaebon. hiſt. Marſor. lib. III. pag. 252. In hac eadem Civitate multae nobiles Familiae, ac Viri Illuſtres micarunt, de quibus priſci Auctores ſcripſere, praeſertim vero ibidem natus eſt Summus Pontifex Innocentius VII. ex nobiliſſima Melioratorum familia, ut Baldinus in Chronolog. Eccleſ., & Ciacconius tradunt, quae ſanè Civitas

C anno

Digitized by Google

anno MDCC VI. pariter à terraemotu labefacta fuit. Familiae nobiles Sulmonenſes, quae modo aſſervantur, ſunt Corvia, Sarda, de Sanitate, Mezzara, de Vecchis, Canoſola, & quaedam aliae, de hac Civitate Opuſculum praelo dedit Hercules Cioſanus Sulmonenſis, cujus Epigraphe eſt. Antiquiſſimae, ac nobiliſſimae Urbis Sulmonis deſcriptio, una cum Ovidii Vita & Effigie. Aquilae ex officina Joſephi Cachii MDLXXVIII.

CAPUT III.

Viri Illuſtres ante Chriſti Adventum.

Marro Marſus.

PORrò materiae occurrendo, Proceroſve noſtros excipiendo, à priſcis incipere pretium operae duximus, ab his praecipuè, quorum Patria ſpecialiter haud notatur, ſed Marſorum ſub cognomento vocantur. Inter ipſos ſanè primum locum tanqnam antiquiorem, Marronem occupare arbitror, quum is anno praedicto U. C. CCCXLVI. viveret, & quemadmodum pag. II. dicebam, primus Marſorum Dux Populo de ſuo nomine cognomen daret, qua de cauſſa ipſum poſtremo Statuam inauratam, Sacellumque Mar-

Marti armorum Numini, quod latini milites Marſis devictis Romam tulerunt dicaſſe, citatus Hiſidorus Gram. lib. ix. cap. 11. voluit. Neque hoc mendacium, ut aliqui dixere autumo; tum quia apud Romanos olim ſtatuae erigebantur in alicujus rei memorabilis honorem, aut votum Olimpio, Jovi, Apollini, Junoni, Saturno, Veneri, Dianae, & aliis fictitiis Numinibus, quum etiam quia illius gentis Authorem Marronem probatiores dictis authores putarunt, tantopere etiam ab ipſo Marruvii Caſtellum exordium habuit, quantopere Silius lib. viii. illud Regionis Caput optimè ſcripſit, & Vergilius Regem Marruviorum Archippem natione Marſum, alterumque Rhetum nuncupatum cum altero etiam Rege Anchilamo ejus filio vii. Æneid. caecinit. De Rheti autem fabula, vide Servium ſupracitatum: eſt etiam Rhetheum in Troade Phrygiae Caſtellum.

Vibius Marſus.

Poſt Marronem verò Vibium quemdam Marſum Romani exercitus Ducem, atque Militem, Soriae Legatum Claudii Imp. Ævo; ejuſdemve Imperii anno vii. claruiſſe habemus apud Cornel. Tacit. Annal. lib. xi. juxta aeditionem Hieronymi Canini fol. mihi 184. his verbis de altero prius Duce loquendo: *Paſsò poi all'acquiſto de' Governi Principali, e ſi preparava per ricuperar l'Armenia, ſe non foſſe*

 ſtato

ſtato ritenuto da Vibio Marſo Legato di Soria, che gl' intimava la Guerra.

Umbo, & Q. Pompedius Marſi.

Umbonem priſcum Ducem in militari exercitio clarum; necnon Q. Pompedium in bellis fortiſſimum ſeligo, de quibus loqutus eſt Cicero Philipp. XII. App. lib. I. Civil. Bell. Q. Pompedii autem hae literae apud Camarram compertae ſunt.

Q. Pomped. Marſ. in Agr.
Bell. Clar. Mem. ext. hic.
Ann.---------- O....

Labeo Marſus.

Hunc etiam, maximumque Militem fuiſſe percenſeo, quem priuſquam referam mirum narrabo facinus, nempe quod accidit Regis Alexandri nobiliſſimo puero qui thurribulo arrepto, ante ipſum ſacrificantem aſtitit; inque illius brachio carbo ardens delapſus eſt, quo etſi ita urebatur, ut corporis odor ad aſſiſtentium nares perveniret, tamen & dolorem ſilentio preſſit, brachiumque immobile tenuit Valer. Max. lib. VII. cap. III. Hoc igitur in praedicto Labeone exemplificare arbitratus ſum; Is enim tempore, quo Macedones bello premebantur in tormentis, tormenta ſuſtulit; nam fortuitu ab equo dejectus, à Militibus conculcari paſ-

ſus

ſus eſt; Quod ſi praedictus puer brachium ſuum ut alter Mutius Scaevola in igne ſuſtinuit, Labeo poſt dicta, & ob proprium decus, & ne gloriam inimicis commodaret, ſe, filiumque necavit, imitando in hoc P. Craſſum Craſſi Oratoris fratrem, qui factionem alibi ſequendo Marianam, ne in manus contrariorum incideret, ſeipſum interemit; unde quemdam Bedam Elogium in Salonis Urbe Dalmatiae inveniſſe, quae de Labeone hoc loquebatur, Phaebonius hiſtor. Marſor. lib. 1. cap. XI. refert. Inſcriptionem autem ad opuſculi ornatum à nobis acceptam, hic reſcribendam eſſe rati ſumus.

Labeo Marſus quem in Calamitate
Macedonica. Prolapſum Æquo celer.
Hoſtis praemebat. Gnatum, ſeque
Gladio cruento trajecit ne
Victoris Octavii vultum ſuſtineret
Hic ejus oſſa condita ſunt
Junonis Luciani Sacello
Flamedialis Auſtrinum applicare
Vetuit: Crudeles Parcae, quae nemini
Parcunt, invidere mihi Hic
Situs eſt Ligurinus Dolor
Parentum

Q. Pompedius Marſus.

Invictiſſimus Miles Q. Pompedius Marſus Q. Pompedii ſupra enunciati filius haud inglorius hic jace-

jacere debet; is enim Dux Socialis Belli cum Silone C. Aponio, & Mutilone Samnio contra Africanos, teſtibus Iſidoro lib. XLII. de Antiq. & Sigonio praefuit; hinc etiam ipſum Marium inſultaſſe legitur apud Livium hiſtor. libr. XXIX. relatum in Marſorum hiſtor. pag. 42. quique proinde poſtquam Scipionem vicerat, dum Aſculum obſidione tenebat, teſte praedicta hiſt. fol. 44. veneno ceſſit.

C. Vettius Marſus.

Validus hic Praetor atque Dux, in dicta Marſorum hiſtoria loco citato liquido patet.

T. Hortentius, necnon Ælius Vernus Eques Frater Marſi.

Strenuum T. Hortenſium Mucronem, ideſt, acutum juxta Perottum in Cornucopia Ling. Latin. pag. 760. è familia Hortenſia Marſico genere ortum quoque conſcribimus, qui fortitudine ſuperior ſua potiſſimum dextera multis expugnatis, in quodam lapide prope Templum S. Marci de Urbe ſequenti publica Inſcriptione cum eluxerit, nulla alia privata indiguit laudatione. Ejus tempore quoque emicuit Ælius Vernus Frater, Auguſti Eques, ut ex inſcriptione liquet: Inſcriptio autem iu Marſorum hiſtoria, ac in Epigrammatibus Almae Urbis pag 142. n. 2. relata, talis eſt.

T.

T. HORTENSIO
MVCRONI NATIONE MARSO
Q. V. A. XXXXV.
AEL. VERNVS. ARM. CVST. EQ.
SING. AVG. FRATRI
F. C.

Ex dicta igitur inſcriptione enunciatum Titum & Ælium Marſos è familia fuiſſe Hortenſia liquet, familiam hanc verò Volaterranus in Antropolog. lib. XVII. pag. mihi 204. quoque retulit, ubi loquendo de eodem Tito, ex eadem ſtirpe, ſubinde floruiſſe teſtatur Quintum Hortenſium Dictatorem, qui Plebem ob aes alienum longas ſeditiones agitantem, & in Janiculum ſecedentem deduxit, & ipſe in eo Magiſtratu, ut etiam Livius hiſt. libr. VI. author eſt, deceſſit.

Q. Hortenſium alterum, Oratorem poſt eum, Volaterranus loco citato ſcripſit, qui maximum familiae addidit decus, nam quum adoleſcens in foro dicere exorſus eſſet, ad majores cauſſas adhiberi coeptus eſt, antequam incideret in Cottae, & Sulpitii aetatem, quique annis x. Major excellente, tunc Craſſo, & Antonio, deinde Philippo poſt Julio cum his dicendi gloria comparabatur. Ardebat enim cupiditate, ſic ut nullius unquam fragrantius ſtudium viſum ſit. Nullum enim patiebatur eſſe diem, quin in foro diceret, aut meditaretur extra forum. Saepiſſimè autem eodem die utrumque faciebat. Attulerat minimè vulgare genus dicendi:

Vox

Vox canora, & ſuavis motus, & geſtus etiam plus artis habebat, quam eſſet Oratori ſatis. Hoc igitur florente Craſſus eſt mortuus, Cotta pulſus, judicia intermiſſa bello. Hortenſius autem poſt Conſulatum alios fortaſſe deſpiciens aequales, ſummum illorum ſtudium remiſit, quo à puero fuerat incenſus: atque in omnium rerum abundantia voluit beatius, ut ipſe putabat, remiſſius certè vivere. Ipſius Cicero, & Varro meminere, quum in cauſſa Verris defenſor contra Ciceronem fuerit, pro quo à Verre Sphingem auream magni precii acceperat. Deceſſit eo tempore, quo Cicero Aſiam adminiſtrabat. Ex Volaterr. ibid.

Q. Hortenſius ſupradicti filius, inter ſcriptos à I.I.I. Viris fuit; Is verò cum Ciceronem interemptum audiret, in ejus vultionem C. Ant. traditum ei à M. filio peremit. Plutarch. & Volater. loc. citat.

Hortenſia nunc enunciati ſoror, & Oratoris filia mira facundia, & eloquentia emicuit, cauſſamque Matronarum antè Triumviros cum judicio gravatae eſſent, egit; Unde à Quintiliano in libro 1. Orat. commendatur, necnon aliarum ejuſdem laudum, citatus author teſtis eſt.

Hortalus hoc nomine virtute etiam clariſſimus Oratoris nepos, teſtibus Tranquillo in Tyberio, & Volaterrano ibidem, jus quatuor liberorum ab Auguſto Imp. obtinuit. Ad hunc Virum, ut planè eruditum Catullus elegiam ſcripſit: Qui ſanè hactenus

nus relati è praedicta familia Hortenſia, ut oſtendimus Marſa orti fuere, licet familia Civis Romana exinde ob incolatum, Conſulatumque fieret. Quomodo autem in Marſorum hiſtoria ab ſuo praetermittantur Authore, quum egregiis factis, muneribuſque clariſſimi fuerint, valde miramur.

Sed ceteris ſtrenuorum Commilitonum hiſce ſimilium nominibus relictis ſaepenumero difficiliter expiſcandis, non omitto exinde inſerere varias Marſicas familias, quae hoc generali pronomine exprimuntur, priſcis temporibus ad inſtar vetuſtorum, Romam evolaſſe; ſiquidem Romulus & Remus inter alios, ſi mihi hos praemittere licet, primum à Lupa, mox ab Ava Laurentia Fauſtuli Paſtoris Coniuge educati, Amulio interfecto Regnum Numitori Avo reſtituere; deindeque coactis Paſtoribus Urbem condidere, quam Romulus Vulturum augurio Victor Romam vocavit; quique proinde Coniugii Cauſſa finitimorum Virgines, quae praetextu ludorum, quos ſimulaverat, Romam venerunt jam Legatis negatas rapuit. Hinc è proprio ſolo Romam convolata, Româque conſtructa, Gentiumque exornata, primum Bellum Ceninenſes moverunt, quos Romulus ſubegit; mox Antennates, inde Cruſtumimos bellum inferentes fudit; noviſſimum poſtea certamen fuit à Sabinis ortum, inter quos pace reconciliata, Romulusmet centum Senatores; quorum Conſiliis uteretur recepit, & quemadmodum Feneſtella de Magiſtrat. dixit adjacentium quo-

que nationum ſamilias ad Urbem illis implendam aggregavit; inter quas etiam tunc Marſicae adſcriptae fuere, & ob id exinde Cajus Marius Arpinas humili in loco natus Romam etiam cum ſua progenie translatus, ſepties Conſul Romanus fuit, teſte Tiraquello de nobilit. cap. XII. n. 15. Ita quoque M. Tullius qui in eadem Terra ſuum natalem habuerat, in Urbe, Orbeque, ut virtutis radium eluxit; hinc etiam d. Hoſtilius Civis Albanenſis familias ſuas ex eodem Romuli Inſtituto Romam tranſtulit, Ancus Lucumanus Etruſcus, Priſcus Sex. Cornicularius, caeterique ad Urbem convolarunt, hinc etiam, ut pauci quidam contra communiores voluere ex dictis Marſicis familiis, altera Martia, Romae celeberrima orta eſt, ex qua Ancus Marcius Rex, relatus etiam à Vaillant. de famil. Romanar. tom. II. pag. 110. provenit ibi — *Ab Anco Marcio ſunt Marſii Reges:* Unde Ovid. lib. IV. Faſtor.

Marcia Sacrifico deductum nomen ab Anco.

Is quoque teſte Livio Oſtiam Civitatem penes Tyberim conſtruxit, à quo Rurſus Marſii Reges, necnon Martia C. Caeſaris Avia, ſi Svetonio in hujus Vita credimus deſcenderunt. De quadam verò Marſia Flavia ſplendidiſſimi generis nata, Svetonius in Tito cap. IV. ſcripſit: pro familia Marcia, fuſius loquitur Vaillant. de familiis Roman. d. tom. II. pag. 110. n. 22. ubi etiam de aqua Martia Romam perducta, & de nummularis Marciae familiae, quorum figurae ab ipſo relatae optimè cum aliqui-

liquibus à nobis compertis in locis Marſorum, ut alibi dicemus conſonant.

Septimius Marſius, ſive Marſus.

Marſius idem, nomine Septimius, poſt Opilium Macrinum, Poſthumum, & Lollianum triduo Romae imperavit; Faber Ferrarius enim fuerat, qui ut Pollio relatus à Tiraquello de Nobilit. cap. IV. n. 7. tradidit ad Imperium aſcitus, Orationem hujuſce tenoris habuit -- *Scio Commilitones, poſſe mihi obiici artem priſtinam, cujus mihi omnes Teſtes eſtis; ſed dicat quiſque quod vult: utinam ſemper ferrum exerceam, non vino, non floribus, non mulieribus, ut fecit Gallienus indignus Patre ſuo, & ſui generis nobilitate.* *Ars mihi obiiciatur ferraria, dum me, & exterae gentes ferrum attrectaſſe ſuis cladibus recognoſcant in Italia. Denique ut omnis Alemania, omniſque Germania cum caeteris, quae adjacent Gentibus, Romanum Populum ferratam putent gentem, ut ſpecialiter in nobis ferrum timeant. Vos tamen cogitetis velim feciſſe: Vos Principem, qui nunquam quicquam ſcierit tractare, niſi ferrum &c.* Sane quid per hoc? Nonne priſci Judaeorum Reges Paſtores Ovium fuere, ut Saul, & David? Reg. cap. IX. & XVI. necnon alii? De Marſiae ſive Marſia Statua in liberis Marſorum Civitatibus, tum alii, tum Servius commeminit, & Seneca de Benef. VI. Unde prodiiſſe illud Martialis, Eruditi coniectant.

Ipſa poteſt fieri Marſia Cauſidicus.

D 2 So-

Solebant nanque Sponſi, Sponſae, ante Verbi adventum in Nuptiis de more, tales conficere ſtatuas, Rhodigino teſte lib. XXVIII. cap. XII.

Q. Ninius.

Unde quemadmodum ex noſtratibus multos Romanos fuiſſe oſtendimus, ita etiam è converſo illos autumnalium oblectationum cauſſa municipes noſtros fuiſſe habemus; inter alios enim Q. Ninnium Romanorum propagine illuſtrem, poſtea Marſum adferimus, cujus adſervatur memoria prope Eccleſiae Tranſaquenſis januam, ubi inter caeteros lapides verſibus inſculptos, hic etiam conſpicitur.

Q. NINNIO Q. F. STRENVO
SEVERO AVG. IANVARI
CONIVGI B. M. P. P.

Extant quoque in Atrio praefati Templi hae aliae notae in marmoribus inſertae, Juliae praeſertim Januariae C. Julii Priſci Matris, quae cum mox dicendis itidem conſcriptae ſunt, forſan propter earum obitum, quum ad Marſos ſtationis ſolatio properaverant, & ad operis ornatum, ut ſequuntur reſcriptae.

D. M.
IVLIAE IANVARIAE C. IVLIVS
PRISCVS MATRI B. M. P.

Rurſus Petroniae Peticiae memoria ibidem his literis perpenditur.

PE-

PETICIVS SAN. ET PETRONIAE SAN.
F. PETICII P. P.

Item alio in marmore C. Trebatii, cui M. Tullius plures miſit epiſtolas, Æncomia viſuntur.

C. TRAEBATIO C. F. OPTATO
STRABONIA SECVNDILIA C. ET.
TRABEA RVFILLA PATRI B. M.
R. P. cz. sv.

Ceteras autem deſcriptiones ob temporis aedacitatem, & aedificiorum ruinas labefactas, quorum parvae notae remanſerunt noſtra oculari diligentia pluries inſpectas arduum fuit referre, & ob id multis ab hinc annis in Fucini ripa, & in quodam lapide fortuito comperto, vix infraſcripta verba de Flavio Victore, (ut in Marſorum hiſtoria fertur) loquentia, expiſcari potuere, illius forſan familiae à flavide capillorum dictae, quae tres continuos Romano Populo Imperatores dedit, Veſpaſianum videlicet, Titum, & Domitianum: Verba igitur haec ſunt.

SALVS SANCTA FLAVIVS VICTOR
ROM. D. D. l. M. 2.

Pellaccus Marſus.

Sed his omnibus pro Opuſculi coronide enunciatis, qui noſtrates evaſerunt, exceptis, ad Marſos verè Patritios redeundo, animadvertas velim, inter illos quemdam Pellaccum Marſyum, ſive Marſum hiſtoricum, primum ludorum Magiſtrum nutritum

tum una cum Alexandro Rege, qui ſcripſerat rerum Macedonicarum libros tres à primo Rege uſque ad Magnum, & de rebus Atticis libros duodecim adnotandum eſſe reor cum Raphaele Volaterrano in Anthropolog. lib. XVII. pag. mihi 515.

Tabenus Marſus.

Rurſus de quodam Tabeno Marſyo, qui ſcripſit de Tranquillitate libros duodecim, Fabuloſa libros ſeptem, & quaedam alia de Patria, ex Suida, Volaterranus itidem loqutus eſt. Marſyas verò Phryx, qui, Ovidio teſte, in fabulis tybiis à Minerva inventis cum Appolline certavit, à quo victus, ac tergore nudatus eſt: quem proinde Nymphae flevere; quodque earum lacrymis fluvius Phrygiae creverit ab ejus nomine Marſyas, à Volaterrano loco citato vocatus eſt.

Marcellus Vectius in Marſis.

Item Vettium exterum, qui prius in Marſis degerat, exinde in Urbe ad equeſtrem ordinem ob ſuas virtutes aſcitum, nomine verò Marcellum numeramus, cujus ſanè agri Marrucini Vettii Marcelli è primis equeſtris ordinis, in Plinio hiſt. libr. LXXXV. & libr. XVII. cap. XXV. mentio habetur; Is ulterius multa Opificia explevit, necnon alia munera geſſit, inter quae Claudii Neronis Imp. Procurator

rator extitit, ut in ſequenti Inſcriptione à Camarra allata legitur. Procuratorium verò Officium, dignitatem, & honorem praeſeferre, & tunc etiam praetuliſſe, ex Baldo Juriſconſultorum Magiſtro Tiraquellus de Nobilit. cap. xxx. pag. 233. voluit, immo Franciae Regium Procurâtorem Magnum eſſe Magiſtrum, planum itidem eſt. Inſcriptio autem Vettii praedicti ita cantat.

M. VETTIVS MARCELLVS
PROCVR. AVGVSTORVM ET. OPT.
ELVIDIA G. F. PRISCILLA
MARCELLI S. P. F.

Q. Vettius Vettianus Marſus.

Rurſus Q. Vettius Vettianus Cognomine, in Marſis ortus, facundia nobiliſſimus, in dicendo clarus, inque foro judiciali celeberrimus Advocatus, Ciceronis tempore floruit, qui de clar. orat. fol. 647. de ipſo mentionem hanc evulgavit -*Vettius Vettianus è Marſis, quem ego ipſe cognovi prudens Vir, & in dicendo brevis Q. D. Valerii Sorani vicini, & familiaris mei*. Is etiam commendatur à Joanne Glandorpio in Honomaſtico hiſt. Roman. fol. 884. n. 20. & à Toppio in Bibliot. Neap. fol. 226. Denique verò duarum Mulierum Vettianae familiae tranſactis ſaeculis extinctae, monumentum hoc Sulmonis habebatur.

Fa-

Fato crudeli, ſi qua eſt erepta Puella
Certè ego quae Dominae Cura puella fui.
Quae me omnes artes docuit doctiſſima; cumque
Eſſem rapta ſcope nunc tegor hoc tumulo.
Scopeni Ann. XI.
Vettia Natalis Vettia Prima
P. L. G. F.

Marſonus Marſus.

Quidam Marſonus ita nuncupatus, quaſi Magnus Marſus, Vir ingens poſt viſam Orthoſiam, deinde Antandrum, mox Inſulam Aradus dictam, inde Balanaeas, & illinc Pantam, exinde Laodicaeam, quum multos morbis laborantes, & à Demonibus vexatos curaſſet Templum quoddam ſubinde congregaſſe, Praefectumque ſuis itidem viribus conſtituiſſe, in Cardinalis Baronii Annal. tom. 1. pag. 315. lit. D. manifeſtum eſt.

Nug-Marſus.

Item Publius Petronius Legatus Tiberii Claudii Caeſaris Auguſti Germanici Magiſtratibus Dorenſium ob ipſorum Inſolentiam miſſus, & eandem ob cauſſam Petronius quidam in Siriae Provincia quoque ablegatus eſt, cui propterea (qui haud bene ſuum geſſerat miniſterium) quemdam alium Marſum Nug-- hominem prudentia maxima inſignitum ſubro-

ſubrogatum fuiſſe, Baronius tom. 1. Ann. pag. 308. teſtatur.

Martus Marius, & Martius Marſi.

Marcus Marius Titius Rufinus ad jurgia decidenda clarus, ac propterea eques Romanus renunciatus, & in partibus Judex, ut reor Marſus ſequenti Inſcriptione Beneventi in Xenodochio Santiſſimae Nunciatae aſſervata, liquido patet.

M. MARIO M. F. STEL. TITIO
RVF. COS. LEG. LEG. I. MINOR. P. F.
AGGRIPENS. PROC. PROV. SICIL. CVR.
MER. PRAETOR. TRIB. TVR. MARS. EQ.
ROM. TRIB. LATICI LOG. I. ALLA.
P. F. IIII. VIRO &c.

E' Marſis quoque ſuum habuit in carne exordium Martius ille Vates, qui ob ſuam in canendo, dicendove promptitudinem, fabularum, hiſtoriarum, Philoſophiae, Rethoricae, aliorumque ſtudiorum Poetis neceſſariorum ſcientiam, ut Macrobius, Livius, & Valerius Max. lib. 1. cap. vi. tradidere; aptus fuit, ut ab Senatu Romano pro Reipublicae negociis, nedum arduis, ſed maximi ponderis, ad Regem Porſennam mitteretur. Phaebon. hiſt. Marſ. pag. 52.

Q. Martius Marſus.

Rurſus Q. Martium Marſium, ſive Marſum Ducem, Marſos habuiſſe Polybius ſcribit; Plinius verò, & T. Livius hiſtor. lib. xxx. cap. ult. magna de ipſo dixere. Quinimo plures alios numeraſſe egregios noſtrae Provinciae, Viros Romanas hiſtorias, ſatis ſuperque liquet; Itaque ipſorum prolixa commendatione relicta ad alios deſcendimus, nam fatente Divo Ambroſio in tract. de Virgin. Nemo eſt tam laudabilior, quàm qui ab omnibus unanimiter laudatur.

Valeria Marſa.

Quamobrem faemineo ſexui, qui fragilis, invalidus, infirmus, lubricus, ac debilis dicitur à Tiraquello ad Connub. gloſ. 1. par. 1. n. 76. & 77. quo nihil doloſius, quo nil decipi facilior, quia bonarum rerum inſcius, ob mox dicendam noſtram Amazonem, laudes commodare impellimur: Hieronymi enim Sanctiſſimi ſimul, & eloquentiſſimi Viri ſententia praeclara eſt, Virtutes non ſexu, ſed animo aeſtimari opportere. Jam ſi qua in Foemina verum judicari debet & poteſt, haec Valeria hujus nominis dicitur. Nec itaque imprudenter me aliquis, aut parum cenſuram piè hanc peragere criminetur, nam ipſa apud Marſos orta, ut plurimum maſculi-

na

na veſte conte&ta, ita prudentia, corporis, ſpirituſque pulchritudine, ſcientia, dicendi facultate, judicio, & doctrina fuit inſignita, ut jure merito, maximo adepto nomine Romano Magiſtratui aliquandiù praefuerit, teſte Marſor. hiſtor. fol. 52. Quinimo ſi mihi hoc fateri licet eadem alter poterat dici Achilles, qui muliebri veſte ornatus, clypeum & haſtam arripuiſſe, magnaque negocia pro Republica egiſſe legitur: Valeria autem, etſi in Urbe degens, Urbem de proprio nomine *Valeriam* nuncupatam (de qua infra) teſte Volaterrano, & Phaebonio hiſtor. Marſ. lib. 1. fol. mihi 52. in proprio ſolo conſtruxit. Hinc de ea ſequentem Inſcriptionem mox in Ædicula *Domine quo vadis* Romae adſervatam, & per Eruditiſſimum Joannem Vignolium de Columna. Anton. Pii fol. 271. relatam, & non de Uxore Balbini Imperatoris loquutam fuiſſe reor.

D. M. VALERIAE
CREYSA DI----
VALERIA FORTVNATA
PATRONAE SVAE B. M. E.

Domitius Marſus.

Habuit etiam Marſorum Gens Domitium Marſum, Ovidio, & Horatio Coaetaneum, ut Petrus Crinitus de Poetis Latinis lib. III. cap. XLVIII. expreſſit, compoſuit egregiè hic Bellum Herculis contra Amazones, eoque argumento vocavit A-

mazonidem ſuum opus. In Epigrammatibus tamen Poeta inſignis eſt habitus, unde hos verſus, per eundem Martialem Domitio praedicto factos in Epigram. XCVIII. lib. VII. & Criſpino miſſos referimus.

Nec Marſo nimium minor eſt, doctoque Catullo
Hoc ſatis eſt: ipſi caetera mando Deo.

Idem Domitius, Melenam puellam dilexit, eamque celebravit longo carmine, ſicuti Catullus Lesbiam, quo circa ſic de ipſo idem V. Martialis.

Nota tamen Marſi fuſca Melenis erit.

De hoc etiam mentio habetur apud Ludovicum Morerium, cujus Gallica verba, etſi collecta, melius ad lectoris cognitionem conferre autumo -- *Marſes peuples d'Italie dans le païs de Samnites où eſt aujourd' huy l'Abbruze ulterieur au Royaume de Naple, e vers le patrimoine de S. Piere. Il ya encore une petite te Terre ſous le nom de la Duchée de Marſe Tite Live, e Appian font mention de la guerre Marſique*; & deinde lit. D. tom. II. pag. 1115. *Domitius Marſus Poete Latin étoit contemporain d'Horace. Il a êcrit un Poeme des Amazones des narrations fabuleuſes. Nous avons encore le quatre vers de luy ſur la mort de Tibulle.*

Te quoque Vergilio Comitem non aeque Tibulle,
Mors Juvenem Campos miſit in Elyſios,
Ne foret, aut eligis moles, qui fleret amores
Aut caneret forti regia bella manu.

On connoit encore que Domitius Marſus vivoit du temp d'Ovide, qui fait mention dans la derniere de ſes elegies de

de Ponto; Rurſus de eodem Domitio, ut arbitror, loquens Vergilius Epig. LIII. lib. VIII. ad Flaccum occinuit.

Quid Varos, Marſoſque loquar, ditataque Vatum
Nomina, magnus erit, quos numerare labor?
Ergo ero Vergilius, ſi munera Mecaenatis
Des mihi? Vergilius non ero: Marſus ero.

Vibrius Marſus.

Ad alium accedendo ſcias oportet, quod Tiberio Liviae Auguſtae Filio, & Privigno Auguſti, ejuſdemque in Imperio Succeſſore, omni avaritiae, libidinis, & crudelitatis genere contaminatiſſimo imperante, Vibrius Marſus emicuit, & non Vibius ſupradictus, qui in bellis fortiſſimus Reipublicae negociis gerendis aptiſſimus, & Imperatori apprimè charus extitit; Hic namque poſt multa ad Imperii utilitatem expleta, ad germanicum Caeſaris exercitum miſſus, tumultus non parvos ſedavit; Verùm fatente Seneca Tragic. Hipp. act. III. fraus ſublimis quia regnat in Aula, Vibrius poſtremo apud Tiberium de perduellionis crimine accuſatur; ſed ingenioſè ſupplicium evadit, indè verò à Claudio Caeſare Syriae Præſes deſignatus, ibi egregiè uſque ad Caſſii Longini ſucceſſoris adventum, officii ſui motus magna dexteritate compeſcuit, undè Tacitus ipſum magnopere extollit, quemadmodùm Baronius Annal. XIIII. n. 16. expreſſit.

M.

M. Annejus Carſeolanus Marſus.

M. Annejus M. Carſeolani Equitis Romani Filius, à Suſanate Avunculo ſuo adoptatus, teſtamentum naturalis Patris, quo praetermiſſus erat apud centum Viros impugnavit, & reſcindit, quum in eo Tullianus Pompeii Magni familiaris ipſo quidèm Pompejo Signatore haeres ſcriptus eſſet. Itaque plus illi in Judicio cum excellentiſſimi Viri gratia, quàm cum Parentis cineribus negotii fuit. Alia etiam ab eodem acta ommittimus, quum ſatis praedicata ipſius virtus apud Valerium Maximum libr. VII. Cap. VII. nota omnibus eſſe videatur. L. Sextilium, & P. Pompilium M. Annejus, teſte Valer. Max. d. libr. VII. Conſanguineos habuit.

CAPUT IV.

De Viris Illuſtribus poſt Salvatoris adventum, & primo de quibuſdam antiquis Marſorum Civitatibus ad praedictorum intellectum praemiſſis.

QUum itaque praedictos ex vetuſtiſſimis ſeculis, quemadmodùm ab antiquis Hiſtoricis factum eſt retuliſſe ſufficiat, gradum facimus ad alios jàm Orbe redintegrato per VERBI Incarnationem, ipſi-

ipſiuſque Nativitatem; Verùm ſicuti ratio ſtudendi, ſcribendique modum praebuit, praemittendum eſt quaſdam fuiſſe in Marſica regione Urbes, hodiè tantùm veſtigia oſtentantes, quae dicebantur Pinna propè Lucum Oppidum, Æſernia, ut Volaterranus in Anthropolog. lib. xxii. tradit, nèc non Alba Fucentis Romanorum Colonia, ſicuti Livius liber. lxx. expreſſit, quae hodie tantum veſtigia jactat, & ad inſtar Oppiduli aliquibus domunculis ejus circuitus occupatur; Sed olim conſtructa fuit ab Ænea Aſcanii Æneae filio, qui ſuem album itidem, teſte Halicarnaſſeo lib. i. reperit de hac eadem Urbe Martialis ad Caeſarem Domitianum Epigrammaton lib. v. caecinit.

Hoc tibi Palladiae veteris, ſeù collibus Albae.
Caeſar, & hinc Triviam proſpicis inde Thetin
Seù placet Æneae nutrix, ſeù filia ſolis,
Sivè ſalutiferis candidus Anxur aquis.

Porrò ipſius Civitatis non tantùm citatus Vates, verùm etiàm caeteri meminere; Intèr alios enim, ut compertum ſit Ptolomaeus, Plinius, & Strabo his verbis lib. v. dixere: *Alba Marſis finitima in excelſo locata ſaxo, propè Fucinus eſt Lacus*, & Cluverius de Ital. antiq. in fol. libr. ii. cap. xiv. n. 30. *Alba*, inquit, *haec fucentia Marſorum quoddam Oppidum haud procul Fucino lacu, & Caet.* Quinimò ejuſdem Civitatis initium Almae Urbis natale longè praeceſſit, quum ipſa priùs Senatum haberet juxtà inſcriptionem in quodam lapide propè Scurculae Oppidum poſitam hujuſce tenoris.

Aſia-

Aſiatico G. L. V. F.
Senatus Albenſis P. P.
Anno . . . ———

Maximam itaque exiſtimationem praedictae Civitatis habuere Romani, qui toto Terrarum Orbi imperabant, hinc ad eam ob ſitum ad Arcis formam compactum plures Reges, & Principes captivos miſſos fuiſſe, ut in munita cuſtodia tenerentur, in Strabone loco citato legitur, hinc etiam à Scipione, cui devicta Africa, Africani nomen datum eſt, Syphax Numidarum Rex ſuperatus, & captus, ad Albam, ut cuſtodiretur, teſte Livio lib. xxx. miſſus eſt. Rurſus devicta Macedonia, captoque Perſêo Rege cum tribus Filiis, hic etiam ad Albam eamdem ob cauſam tranſmittitur, unde Patres (Livius citatus lib. XL. inquit) cenſuerunt, ut Q. Caſſius Perſêum Regem cum Alexandro Filio Albam in cuſtodiam duceret, de quo vide etiam Valerium Maximum lib. v. cap. I., & de altero Bituito Avernorum Rege, cum quo Q. Fabius Maximus feliciter pugnavit, lege Diodor. Siculum lib. xx. hinc etiam Cartaginenſem per Marſos tranſiſſe, & apud Albenſem Agrum ſtetiſſe T. Livius libr. xxvi. de Hannibal. à Cluverio de antiq. Ital. lib. II. cap. xv. relatus inquit -- Praeter Oppidum Sulmonem in Marrucinos tranſiſſe, indè Albenſi Agro in Marſos, hinc Amiternum, Foruloſque Vicum veniſſe: Cicero autem Philipp. III. ſupracitatus ſic ait: *Legio Marſica Albae conſtiterat in municipio fideliſſimo*: Diſtat

Ci-

Civitas proindè ab Urbe Roma in occaſum mill. 45. à Taleacotio 6. ab Aquila 18. in auſtrum juxtà Geographiam Michaelis Antonii Baudrand. tom. 1. fol. mihi 30. Denique verò Silius libr. VIII. de ipſa quoque caecinit.

Alba ſedet Campos, promiſque rependit' Ariſtas.

Sanctus Bonifatius Papa IV. Marſus.

Super praefatam itaque Valeriam quartam Marſorum Civitatem, olim propè Fucinum, & Sancti Benedicti Oppidum ſitam, mox etiàm vetuſtate collapſam, quae à praefata Valeria in Urbe celebri Foemina conſtructa fuit, adnotamus. Ibi enim Bonifatius Quartus ortus eſt ex Joanne Medico Valerienſe, undè poſtquam adultus factus eſt, Sacris literis praecipuè eruditus, ſuoque patrimonio Pauperibus erogato, propriaque Domo in Monaſterium commutata, morumvè candore ornatus, denique ex Monacho S. Sebaſtiani extrà moenia Urbis Sacra purpura decoratus, ac demùm Summus Pontifex creatus eſt die Dominico hora vigeſima ſecunda v. Kalendas Septembris anno Domini D. C. VI. qui exinde multa digna laude fecit, praeſertim verò Templum in Urbe nobiliſſimum, quod M. Agrippa ſub Auguſti Imperio admirabilis ſtructurae condiderat, & Jovi Vultori, ut Plinius, vèl Cybeli Matri dicarat anno circitèr XXXIX. antè Chriſti Natalem, Pantheon dictum, a Phoca Imp. obtinuit, ac Sanctae Mariae, omnibuſque Sanctis

(mox vulgo la Rotonda nuncupatum) diè XIII. Maii DC. X. conſecravit, quare propterea dies chariſſima Populis concurrentibus fuit. Quum autem frugum copia eo tempore anguſtior eſſet, Gregorius IV. Pont. Max. illius feſtivitatem ad Kalendas Novembris, quo annona abundantior eſt, prudentèr tranſtulit, teſtibus M. Joanne Tarchagnota hiſtor. mund. libr. VIII. pag. 176. Raphaele Volaterrano Antropolog. libr. XXII. pag. 251. P. Antonio Foreſti in Mappamund. hiſtor. tom. III. pag. 279. Victorio Baldino in Chronolog. Eccleſiaſt. pag. 82. Scipione Mazzella de Famil. illuſtr. Regni Neap. libr. II. pag. 395., & Morerio in ſuo dictionario Gallico tom. I. pag. 628. lit. B. his verbis -- *Boniface IV. natif de Valeria Ville de la Provincie Marſicane dite aujourd' buy le Duche de Marſi dans l' Abbruze. Ulterieure êtoit fil d'un Medecin nommé Jean il fut elû ſix mois, & ſix jours apres Boniface III. le ſiege ayant, vacqué tout ce temp cet fut le 18. Septembre de l'an 607. Il obtint de l'Empereur Phocas le Pantheon, & caet. Le Pape tint le Pontificat ſix Ans ſix Mois, e treize Jour, & il mourut le 8. du Mois de Maii l'an 614. Boyvin.* Inſtitut. Theolog. de Summ. Pontif. par. IV. pag. 548. Ciaccon. in Vit. Pontific. Nov. aedit. tom. I. col. 427. Caeſar Card. Baron. Annal. tom. VIII. pag. 201. Lahertio Cherubino in Bullar. Roman. noviſſ. tom. I. pag. 24. Platina de Vitis Pontificum, & paſſim aliis.

Ceterum quod Pantheon à Bonifatio obtentum fuerit, ultrà dictos Auctores, ex marmorea tabula juxtà

juxtà portam dicti Templi ſiniſtrorſum, ab Urbano VIII. ut ſequitur poſita, ſatis etiam ſuperque liquet.

PANTHEON
ÆDIFICIVM TOTO TERRARVM ORBE
CELEBERRIMUM.
AB AGRIPPA AVGVSTI GENERO
IMPIE IOVI, CAETERISQVE MENDACIBVS DIIS
A BONIFATIO IV. PONTIFICE
DEIPARAE, ET S.S. CHRISTI MARTIRIBVS PIE
DICATVM.
BINIS AD CAMPAN.. ERIS.. VSVM
TVRRIBVS EXORNAVIT
ET NOVA CONDIGNATIONE MVNIVIT
ANNO Dñi M.DC.XXXI. PONT. IX.

Eſt etiam in alio latere ſequens inſcriptio ad eruditionem relata.

VRBANVS VIII. PONTIFEX. MAX.
VETVSTAS ÆNEI LACVNARIS
RELIQVIAS
VATICANAS COLVMNAS, ET
BELLICA TORMENTA CONFLAVIT
VT DECORA INVTILIA
ET IPSI PROPE FAMAE INNOTA
FIERENT
IN VATICANO TEMPLO
APOSTOLICI SEPVLCRI ORNAMENTA

IN ADRIANA ARCE
INSTRVMENTA PVBLICAE SECVRITATIS
ANNO DOMINI M. DC. XXXII.
PONT. IX.

Depoſuit autem praedictus Pontifex Bonifatius ſub majori Ara dicti Templi multa Corpora Sanctorum, ut ex hiſce notis ibidem poſitis liquet.

CORPORA SANCTORVM MARTYRVM
RASI, ET ANASTASII.
CVM NONNVLIS ALIIS SACRIS CINERIBVS
A SVMMO PONTIFICE BONIFATIO IV.
IN PLVMBEA CAPSA CONDITA.

Sub eodem verò Bonifatio, celebratum etiam fuit Concilium Romae, teſte Beda libr. II. cap. IV. prò Anglorum diſciplina, cujus cauſſa Romam venerat ad Papam, Mellites Londini Epiſcopus Sanctiſſimus Vir, ut quidam teſtis eſt de geſt. Pontif. tom. I. fol. 286. Onufrius Panvinius de Roman. Pont. fol. 26. Vide quoque Chronicon General. Ordinis S. Benedicti P. Antonii de Yepes tom. I. pag. 481. uſque ad 485. Sed in ipſius Pontificatu, fames, peſtilentia, & inundationes aquarum magnae fuerunt, nec non diſcordiae, & ſchyſmata. Navicula enim Petri fluctuat quandoque, ſed nunquam mergitur, ut Antonius Foreſtus in Mappam hiſtor. tom. III. par. I. cap. III. ſcripſit.

Fluctuat, & nunquam mergitur iſta ratis.

Nàm

Nàm Venantius hac in re lib. xi., & iii. ad Chilperic. Regem obſervavit, ità dicens.

Princeps clave Petrus primus quoque dogmate Paulus
Caelorum portare lati duo lumina Mundi.
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.
Inter Apoſtolicas radianti luce coronas
Doctor hic monitur, celſior ille gradu
Corda per hunc hominum radiantur, & aſtra per illum
Quod docet ille ſtylo, ſuſcipit ille polo;
Pandet iter Coelis hic dogmate, clavibus alter;
Eſt via cui Paulus, Janua fida Petrus.

Ex pace tamen inter Phocam Imperatorem, & Agilulphum Regem Longobardorum, ingens laetitia in Italia eſt ſubſecuta; Hoc etiam tempore Choſroas Perſarum Rex in Romanas Provincias irrumpens, ſuperato Phocae exercitu, Hyeroſolimam occupat, Templum Chriſtifidelium profanat, lignum Dominicae Crucis inde aufert, Zachariam Sanctum Virum in eadem Urbe Patriarcham captivum facit, quam ob rem ab omnibus Phoca ſpreto, Bonifacius duabus ordinationibus poſt creatos Epiſcopos triginta ſex, Presbyteros aliquot, & Diaconos novem Cardinales, quum annos ſex, menſes octo dies duodecim in Petri Cathedra ſediſſet, die octava Maii obdormivit in Domino, & in Baſilica Divi Petri ſequenti inſcriptione eidem a Grerio IV. poſita, ut refert Ciaccon. dicto to. 1. columìn. 427. ſepultus eſt.

Gre-

Gregorius Quartus jacet hic Bonifacius Almus
Hujus qui ſedis fuit aequus Rector, & Ædis
Tempore qui Phocae cernens Templum fore Romae
Delubra cunctorum fuerunt, quae Daemoniorum
Hoc expurgavit, Sanctis, cunctiſque dicavit.
Ejus natalia ſolemnia, qui celebratis
Primis Septembris fert haec lux quarta Kalendis
Octavus titulo hoc Bonifacii oſſa reperta
Hac locat erecta Bonifacii nominis ara.

Andreas autem Victorellius adden. ad Ciaccon. loco ſuperius citato, alterum Epitaphium a Manlio collectum refert, licèt aliud ibidem breve poſitum, ſic ſe habens haud indicare linquamus.

HIC REQVIESCIT BONIFACIVS IVNIOR,
QVI SEDIT ANNOS SEX M.VIII. DIES XII.
DEPOSITVS EST OCTAVO IDVS MAII,
IMPERANTE DOMINO HERACLIO
ANNO EIVS QVINTO.

Alterum verò Epitaphium ab Oldoino ad Ciaccon. tom. 1. col. 430. hoc eſt.

CAPVT S. BONIFACII IV.
EX ALTARI SITO IN VATICANA BASIL.
INTER PORTAS IVDICII, ET RAVEN.
A BONIFACIO VIII.
EIVS NOMINI DICATO, ORNATO,
ET DOTATO, IN NOVVM TEMPLVM
PAVLI V. PONT. MAX.
IVSSV HONORIFICE TRANSLATVM.
HAC SVB ARA RITV SOLEMNI

COL-

Digitized by Google

COLLOCAVIT
EVANGELISTA PALLOTTVS
T. S. LAVR. IN LVCINA
CARDINALIS CVSENTINVS
HVIVS BASILICAE ARCHIPRESBYTER
ANNO M.DC.VI. DIE XVII. IAN.
PRIMIS VESPERIS CATHEDRAE S.PETRI
SEDENTE PAPA PAVLO V. ANNO I.


Et ex Manlio etiam aliud habetur de Bonifacio loquens.

Vita hominum brevis eſt : hanc certa terminat hora ;
Sed vitae aeternae deindè paratur iter.
Quae non indecora, aut rurſus peritura videtur,
Sed pulchrum atque decens jam ſine fine manet.
Sic igitur, quid mors ſtimulis agitari ; iniquis?
Quid feris incaſſum? quid furibunda geris?
Commoda nulla tibi poterunt tua facta referre,
Nec prodeſſe poteſt impetus iſte tibi.
Gregorii ſemper monita, atque exempla Magiſtri,
Vita, opere, ac dignis moribus iſte ſequens
Quo hic terrae reputans ſunt hujus maxima vota,
Mittere ad aſtra animam, reddere corpus ſuum.
Saucia multiplici ſi quidnam membra dolore
Rurſus in antiquo pulvere verſa manent.
Quae conjuncta animae ſtabilito in corpore ſurgant.
Ad vitam aeternam te praeeunte magis.
Sancta fides merito, vitae clementia Patris
Spem certam hanc famulos juſſit habere ſuos.

Conſtat enim ex his, & aliis Auctoribus adver-

Digitized by Google

vertere noſtrum hunc Bonifacium, Cardinalem fuiſſe creatum a Sancto Gregorio Magno, unde quidam modernus de geſtis Pontif. tom. 1. fol. 285. ſequens ſignum cum ſtemmate, ac elogium quoque oſtendit.



Caput hoc Bonifacii IV. Rom. Pont.
Vivit, vel agit mortuus, quidquid egerat vivens
Meditabundo ſimilis ſe ipſum difflaret, & caet.
Adeò infenſus fuit ſimulacris Deorum
Statuam patitur.

Vt

Vt prae oculis habeant, quae aemulentur Succeſſores
Medici Filius hoc ſolo lapide.
Sanare vellet omnes aegrotos
Mundi electus Antiſtes
Eccleſiam accepit in Domum
Cum Domum ſuam Deo dediſſet
Iratus vulgo Deorum
Tantum inſtetit, donec à Tyranno impetravit
Deorum Stabulum in Sacrarium Martyrum
Annos ſuprà ſexcentos
Natum Pantheon priuſquàm Verbũ incarnaretur Æternũ
Chriſto inſultabat
Et in eo Iupiter Vultor
Superſtitionis vindictam Gentibus mentiebatur
Expavit Daemon, cum expiavit Bonifacius delubrum
Et Cybelem Deorum Matrem mutavit in Matrem Dei
Divorum oſſibus octo ſupra viginti onuſtos Currus
Cum triumpho induxit, & Pantheon iterum dixit
Vt Reginam comitaretur Senatus Martyrum
Haec feſti Sanctorum omnium exordia
Quo Sanctos omnes velut in pagella tenes
Et in luce Illiadem
Ni ipſius Dei triumphum dicar
Quod ea die Dii omnes ceſſerint uni
DEO.

Perſonalitèr etiam Bonifatius in vita proprios repetiit lares, praeſertim vero B. Virginem in Marſis celeberrimam Pereti, vulgo delli Biſognoſi dictam viſitavit, ut Auctor eſt Phaebonius in Marſor. hi-

ſtoria de Pereto, loquendo ſub anno DC. X. Sedes exindè poſt Bonifatii mortem vacavit Menſes quinque, & dies duodecim. Bonifatius autèm multos poſt annos intèr Sanctorum numerum deſcriptus eſt juxſtà Ciaccon. & alios de Roman. Pont. ſuis in locis citat., ejuſque feſtivitas in Romano Martyrologio ſub die XXV. Maii recolitur, teſtis eſt Caeſar Card. Baronius ad dictum Martyrol. pag. mihi 257. ibi -- Romae Sancti Bonifatii Papae IV., qui Pantheon in honorem Beatae Mariae ad Martyres dedicavit &c.

Poſtremo autem ejus Familia extinguitur, ut ſupradicti Auctores notarunt, praeſertim verò Ughel. Ital. Sacr. tom. 1. in diocaeſ. Marſ. pag. 955. ſtemma vero ejuſdem fuere duae rectae lineae ſeſe mutuo ſecantes, cum angulis duobus ad verticem aequalibus, quattuor Cruces in medio claudentes.

(*Petrus Raynaldutius Pſeudo -- Papa Marſus.*)

Demum ſunt in Marſis Carſeolani relati à Baudrand. in Ceograph. tom. 1. fol. 235. à Carſeolorum Urbe nuncupati apud quos Colonia Romanorum fuit, unde Strabo lib. V. ſcripſit *Sunt in ea Urbes Latinae, Valeria Carſeoli, Alba, & propè Urbes Cucullum oppidum;* Sed deindè Carſeolana Civitas deſtructa, oppidum Carſeolorum, quod nunc adſpicimus aedificatum eſt, immo ex illius ruinis, ſive populis Vo-

Volaterrano fatente lib. XXII. in Antrohopologia *erectaſunt nova oppida vicina, Talleacotium, Vicovarium, & Celanum* (de quo infra dicemus) A' Carſeolanis igitur Vici Corbarii oppidum, quod Marſorum Provinciam, ſeù Dioeceſim à Sabinis ex una, & à Tiburtinis ex altera dividit, parvum diſtat, ubi ortum habuit Petrus Raynaldutius, qui (liceat mihi nunc ipſum referre) matrimonii ligamine adſtrictus, de Uxoris conſenſu in Religionem Sancti Franciſci Ordinis Conventualium ingreſſus in negociis tractandis admirabilis factus, virtuteque ornatus dicendi, in Petri cathedra ſub nomine Nicolai V. favente Ludovico Bavarorum Principae intruſus eſt, adhuc illa rite occupante Joanne XXII. adverſus quem multa pronunciavit Anathemata, ut ſchyſmatico Principi complaceret.

Is vero bonus fuiſſet, ni ambitione, & ſchiſmate vitam cum morte faedaſſet, nam propriis laribus denuo ab enunciato Imperatore petitis, Comes Boreſatius Piſanus, qui Jura Imperatoris in Italia gerebat, Nicolaum Avenionem, ubi tunc Romani Pontifices degebant tranſtulit, deinde facta in publico Conſiſtorio ſolemni ſchiſmatis abjuratione, carceribus emancipatus anno MXXVIII. ut in Phoebon. hiſt. Marſ. pag. 54. liquet, vivere deſiit.

Sed hic advertendum ipſum non fuiſſe verum Nicolaum V., qui anteà vocabatur Thomas Lucenus Sarzanus, de quo Ciacconius, Platina, Cherubinus ſupracitati, & Victorius Baldinus in Chronologia Eccleſiaſt. pag. 226. loquuntur, ſed quidem

Nicolaum dictum fuiſſe V. Pſeudopapam, quia ut dicebamus ſchiſmatice ejus partes Ludovicus Bavarus Imperator tuebatur, quem proindè ad Lectoris diſciplinam, haud operis honorem attulimus.

Sanctus Petrus Caeleſtinus.

Petrus de Murrone Caeleſtinus v. vocatus communiter, à Ciacconio tom. II. col. 271. cum aliis de Æſernia dicitur. Quicquid enim ſit, an tali nomine Civitas in Marſis olim eſſet Teſte Volaterrano in Antrhopolog. libr. XXII. nos praefatos Auctores refellere nolumus, etſi Oldoinus adden. ad Ciaccon. d. tom. II. col. 277. haec verba ſcripſerit *Petrus ex Murone Marſorm Oppido, quod antiqui Marruvium appellarunt natus in ipſo ſvae vitae limine &c.* Marruvium autem à Marrone Duce ſuo nomine ibidem conſtructum fuiſſe in cap. III. dictum eſt, ac Teſtes ſunt Baudrand. in Geograph. tom. II. lit. M. Cluverius de antiq. Ital. tom: I. cap. XV., & Silius libr. VIII. illis verſibus.

Marruvium veteris celebratum nomine Marſi
Urbibus eſt illi Caput.

Quibus addendus Plinius libr. III. cap. XII., & Vergilius Æneid. VII.

Quin, & Marruvia venit de gente Sacerdos.

Saltem per hoc, quod ad Marſos ſaepe acceſſit, quaedam de ipſo nunc referre cogito. Petrus itaque quum decem haberet Fratres germanos, in

Cella

Cella Murronis Montis Eremita, ut Deo inſerviret xi. annis ſub Benedicti regula permanſit, ubi penè inſcius Papa electus, Aquilam aſino inſidens accedere voluit, ubi convocatis Cardinalibus iv. Kal. Septembris, in Eccleſia S. Mariae de Collemedio Aquilanae Civitatis inſignia Coronationis ſuſcepit biſcentum mil. hominibus adſtantibus eò profectis Caeleſtinum, tanquàm caelitus miſſum veneraturis; Exinde vero Sanctus Pontifex probatis Monachorum Statutis poſt Menſes quinque, & dies ſeptem renuntiato Papatu, Murronis Erèmum repetiit, ubi anno M CC XCVI. ad Coelum convolavit: Corpus autem poſt varias locorum translationes, Aquilae poſitum eſt, ubi praeſertim xv. Julii ejuſdem feſtum colitur. De Caeleſtini electione tractarunt D. Antoninus par. III. hiſt. tit. xx. cap. LXXX. & caeteri à Ciacconio relati. Ex prophanis vero Petrarcha libr. II. de vit. ſolitar. ſect. II. cap. XVII., & XVIII., nec non Dantes, repraehenſus ob illos verſus de Caeleſtino loquentes.

Guardai, e Viddi l'ombra di colui
Che fece per viltade il gran rifiuto.

Antequam vero Caeleſtinus obiret, ſciendum eſt, ipſum Marſos petiiſſe, apudque vetus Oppidum *le Foce* nuncupatum, inter Celanum, & Agellum, unum ex primis ſex Monaſteriis, nimirum Murronis, Majellae, & aliorum ibidem fundaſſe, uti certum eſt ex aliquot Chron. Religionis; fuit poſtea hoc in illud Celanenſe translatum ob Loci aſperita-

ta-

tatem aeriſque inſalubritatem, eo quia mons in ſe diſſiunctus, in medio teterrimam aperit viam factam in ſeparatione ejuſdem, quando è terraemotu in Chriſti morte, ut communi fama volunt mons ipſe, diſcretus eſt.

CAPUT V.

De aliis Sanctis Viris Marſorum.

Beatus Thomas à Celano Marſus.

Ut hic Sanctos ſcribamus, primum illos enumerabimus, qui in Marſis orti ſunt, & exinde alios, qui eorum praeſentia Provinciam illuſtrarunt, itaque ſcias oportet, quod ultra ſupradictos Auguſtos, & pios Spiritus, Beatus Thomas à Celano concivis noſter, cujus vitam typis materna lingua dabimus, clariſſimus eſt.

Tempore enim, quo Seraphicus Pater Aſſiſienſis vivebat, quum hic Umbriam, Sabinamque profeciſſet, perve Marſos tranſiiſſet, Eccleſiam, Conventumque prò ſua Familia prope Carſeolos in Colle Vettiano deſignaſſet, alterumque Celani fieri curaſſet, hic moratus eſt multis miraculis clarus anno MCCXX. teſte Waddingo tom. I. Annal. n. 10., & XI.

xi. fol. 331. (de quo etiàm infra loquemur) Et ob id factum eſt , quod Thomas noſter illius veſte contectus , in Seraphici clientela , & ſocietate diù eſſe mereretur: Religioſus proinde factus, orationibus aſſiduè incumbens , Portiunculae, ubi S. Maria Angelorum etiam nunc colitur Divi Franciſci commercio fruebatur. Doctus exinde, & venerandus Vir ad Germaniam mittitur, ubi fidei cultum, & Sanctimoniam docet. Confeſſiones poſteà audivit, multaque fecit, quae in ipſius vita leguntur. Ad Marſos iterum rediit, ut hos in Chriſtiana Fide inſtrueret. Hic feliciter diù moratur, ſed poſt obitum Sancti Franciſci ; Gregorio IX. Pontifice mandante Magiſtri vitam ſcribit, Teſtis eſt Waddingus Annal. tom. 1. pag. 633. ſub anno 1244. n. 10. his verbis -- *Negotium etiam datur Fratri Thomae à Celano (qui ex mandato olim fel. rec. Gregorii Noni edidit legendam, quam in Choro Fratres cantabant) ut tam ſua (fuit enim S. Patris in vita conjunctus Socius, ejuſque Sanctitatem expertus) quam quae ab aliis tranſmittebatur, commiſcens ſtylo ad normam reduceret, qui opus edidit legendam antiquam hodiè dictam*, incipit -- *Placuit S. Vniti Veſtrae; eam mox in compendium contraxit Fr. Bernardus de Beſſa, cujus initium eſt: Quaſi ſol oriens. Celano ſubſtituit Rodulphus, Thomam Ceparanum ſimilitudine appellationis deceptus* -- Rurſus idem Auctor d. tom. 1. Annal. pag. 349. ſub anno 1226. n. 32. ſic etiam de B. Thoma inquit -- *Sanè multo tempore ita factum eſt, ut teſtatur Thomas Celanus*,

nus, *ideſt de Celano &c.* Idemque Waddingus in tract. de ſcriptor. Ord. Min. pag. 323. Thomas de Celano, inquit, Provinciae Pennenſis S. Franciſci edidit librum de vita, & miraculis S. Franciſci cum his, quae ſequuntur; Unde tanti opus habitum eſt, quod omnibus ſtupore, & devotione fuit.

Evulgavit quoque alteram Legendam teſte Waddingo d. pag. 323. quae legebatur à Fratribus, nèc non ſequentias tres, quarum prima incipit: *Fregit victor virtualis*. 2. *Sanctitatis nova ſigna*. 3. *Dies irae dies illa*, quam in verſus gallicos tranſtulit Gononus Caeleſtinus, & S. Bonaventurae attribuit. Alii adſcribunt Fratri Matthaeo Aquaeſpartano Cardinali, & alii aliis auctoribus, ſed apud nos abſolutum eſt cum dicto Waddingo B. Thomam illius fuiſſe Auctorem, ut tradidit etiam Phaebon. in ejus actis pag. 57., & probabimus id etiam nos in ejuſdem vita citius divulganda, ubi etiam illius miracula recenſebimus. Poſtremo autem in Conventu ejuſdem Religionis olim Varrorum apud Marſos è corporis ergaſtulo ſolutus eſt juxta Phaebonium loco citat. pag. 62. Celebratur ejuſdem feſtivitas Celani quolibet anno ſecunda Dominica Octobris. Ipſius etiam commeminit Artuſius à Monaſterio adnotat. ad Martyrol. Franciſc. fol. 490. §. 14. loquendo de S. Franciſco ibi -- *Glorioſi viri Sancti animam multos ex Filiis à Purgatorii ergaſtulo tunc dimiſſos aſſociaſſe ſcribunt, ex relatione Sancti cujuſdam, & ſibi coaevi Thomas Celanus (ideſt de Celano) & Ber-*

nar-

nardus à Beſſa. Ejus corpus mox Taleacotii apud ſuos Fratres omnes venerantur.

Sanctus Orantes in Marſis miraculis clariſs.

Rurſus Sanctum Orantem ita nuncupatum etiam conſcribimus, cujus vitam refert Phaebon. in d. collect. Sanctor. Dioeceſ. pag. 67. Enim vero illius feſtivitas Ortygiae, ubi corpus colitur ſolemnè v. Martii, quo obiit anno MCDXXXI. celebratur. Ortygiam autem, ſive Ortucchiam ſcias oportet hujus nominis Oppidum eſſe in angulo Fucini poſitum, & ad Inſulae formam aquis circumdatum, quò vix pedeſtris paratur acceſſus, ubi etiam Dux Antonius Piccolomineus Pii II. Pronepos, tunc temporis Celani, cui Ortucchia paret Dominus, aciem fortiſſimam, ut alibi dicemus conſtruxit. Viros denique illuſtres ibidem ortos, infrà ſuo loco, ut hic finis ponatur, referemus.

Beatus Oddus in Marſis Venerab.

Sanè B. Oddum Abbatem Monaſterii Zarae Novarienſem, ut quidam voluere, vel ut Phaebonius citatus maluit Taleacotianum, iterum adſcribimus:

mus: Qualiter autem ortus ſit, compertum eſt ipſius Corpus Taleacotii in Monaſterio SS. Coſmi, & Damiani venerari, cujus quidem vitam olim extractam à Proceſſu facto à quodam Machabeo Turani Abbate, & a Fr. Petro Minorita S. Franciſci, Praefectove Cuſtodiae Marſicanae poſt Beati obitum anno MCCXL. de mandato San. mem. Papae Gregorii IX. refert M. Phaebon. in d. collect. S. S. Marſor. pag. 79. a quo tantum hae notitiae loc. cit. eripi potuere, quum etiam Ughellius Ital. Sacr. ab eodem ipſas habuiſſe teſtetur. Beatus itaque Monialibus praefati Monaſterii diù a Confeſſionibus fuit tempore praeſertim Venerabilis Abbatiſſae Aloyſiae Sororis cujuſdam Bonaventurae inſciae qualitatis, ſed Taleacotii Baronis, qui anno MCLXXXVIII. ſubſidium militare Regi Guillelmo pro Terrae Sanctae Recuperatione miſit. Baro autem, ut citatus Auctor pag. 89. ſcribit, Signiae Comitibus fuit affinis, & conſequenter Pontifici Innocentio III. *Ex eadem Praenobili Familia quae etiam Anagniae principabatur*. In illa enim praeclara (Civitate Hernicis in Latio ſita, ubi juxta Ptolomeum Marcus Antonius Sorore Auguſti contemta, & Cleopatra in Uxorem ducta monetam percuti juſſit) orto anno MCXCVIII. ſi Baldino in Chronolog. Eccleſ. pag. 191. credimus. Oddus denique poſtquam Moniales in Sanctitate, Cives, caeteroſque Marſos attentè inſtruiſſet, relicto ſuae probitatis, ſanctimoniae, propriaevè vitae admirabili exemplo, rerumque geſtarum, prodigio

aeta-

aetatis ſuae centenariae è mortalibus excedendo, & curſum conſumando obdormivit in Domino, & in Eccleſia d. d. Monialium tumulo datus eſt. Poſt obitum verò multa edidit miracula, quae ab enunciato Auctore ſcripta ſunt, quinimmo Civibus nedum, ſed Marſis, viciniſque omnibus diu praecipuus protector extitit. Gregorio IX. etiam tunc temporis in Petri Cathedra ſedenti, comperta ejús acta fuere, nàm hic Commiſſarios Apoſtolicos prò informatione, Machabeum videlicet, & Fr. Petrum jam enunciatos miſit, ut ex Brevi Apoſtolico die XIII. Decembris expedito, & à dicto Auctore allato, manifeſtum eſt. Ejus meminit quidam Riccardus Germanus in ſuis Chronic. relatus a Phaebon loc. cit. his verbis: *Menſe Maii* MCCXXXIX. *in Marſia apud Taleacotium, quidam Sanctus Oddo revelatur, qui miraculis multis claruit.*

Sancta Gemma Marſa.

Porrò in Fucini lacus receſſu, inque Collibus, eidem circumſtantibus, multa adſunt Oppida Celano ſubjecta, quae inter caetera d. Ortygia, ut Leander, Albertus, & Baudran. in Geograph. obſervarunt, Gioja, Liccium, Aſchium, Spero, Biſinia, & Sanctus Sebaſtianus nuncupantur. In hoc ſanè ultimo Oppidulo Sancta Gemma è pauperibus, ſed honeſtis orta Parentibus, adulta jam facta, una cum ſuis majoribus Gordianum Siculum Oppidiolum per V.

M. ab ſolo proprio diſtantem ſe tranſtulit, quam ob rem dictorum Oppidorum Dominus, qui juxtà Phaebon. in illius vita pag. 112. erat Rogerius Celani Comes, anno ſcilicet MCCCLXXXVII. illuc fortuitò accedens, ejuſdem Gemmae amans factus eſt, ſed Chriſti Sponſa haud improbi Comitis inhoneſtatibus annuens, immo Sanctis monitis (Dei munita praeſidio) ſalubri praedicatione, Rogerium, ſuoſque ad poenitentiam revocavit, unde vera Dei Cultrix abſtinens ſe ab omni opere malo, & permanens in innocentia ſua plenius opere, quam voce Chriſti Evangelium docens, mirabile Sanctitatis de ſe prebuit exemplar. De his nanque operibus Dominus dicit: Videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Coelis eſt. Haec igitur erat, quae coram Altiſſimo, & ad iniquorum confuſionem, magnas virtutes in Marſis peragebat; Verum quia, ut Sancti Expoſitores, ajunt in ſuis ſervis pulſat verè Dominus, quum his per aegritudinem, vel alias afflictiones amorem deſignat, ideò Sancta Gemma de ſua ſpe, & actione ſecura, etſi à malignis in carceribus reſtricta, Domino ſuo pulſanti confeſtim aperiebat amanter tormenta ſuſtinendo. Ipſa demum in vinculis ex febri, juxta citatum Auctorem, die XIIJ. Maii (quo nunc etiam ibidem ipſius feſtum celebratur) MCDXXIX. quinquagenaria ſpiritum efflando, hujus vitae vinculis ſoluta eſt; Corpore tamen humo dato miraculorum ante, ac poſt mortem clariſſimo. Hoc autem ſubinde Populis Gordianis inſtantibus

tibus, ab optimo Viro de Guidalotta Familia Peruſina, tunc Valven., & Sulmonen. Antiſtite, convocato Dioeceſis Clero, Gordiani Siculi, ubi mox etiam recolitur, condigno honore ſepultum eſt.

Sanctus Petrus Eremita Marſus.

Ad ulteriora itaque procedendo, praeſciendum eſt Carſeolorum alias enunciatum planum, in quo Bitus Tracum Rex, à Romanis, teſte Livio, fuit cuſtoditus, magis Cereri, quam Bacco gratum eſſe, ut ait Ovid. IV. Faſt.

Frigida Carſeolis, nec olivis apta ferendus.
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.

De qua quidem Carſeolorum regione inter caeteros Flor. lib. III. cap. III. Strabo lib. V. Baudran. in Geograph. Cluver. Paullus Diaconus hiſtor. Longobardor. libr. II. cap. XX. aliive tradidere. Aſt haec in quibuſdam Montibus ſaepe frigidis poſita, eſt cum diverſorio, vulgo Cavaliere, nuncupato, adlatoque à d. Baudran. in Geograph. tom. I. fol. 235. In eodem ambitu occaſione ſequenti relato, ſita ſunt Oppidola, quorum unum Collalto vocitatum, ſub dominio Eminentiſs. Domini Franciſci Card. Barberini Optimi Principis eſt, necnon Podium Sinulphum nobilis Familiae Marcellinae Romanae, item Arſolum pertinens ad notiſſimam Familiam de Maximis, Villa Romana, Villa Sabinenſis, Peretus (de quo infra) Petraſicca, & Tuſus nobilis Familiae Baldinottae ſub

Mar-

Marchionatus titulo, etiamque Auricula, & cetera loca. Poſt Auriculam verò XI. M. P. ubi mons radices in planum extendit Arcis Vegetis, ſive Arcebutenſe Caſtrum ſedet, ſic nuncupatum ab Arce in aſcenſu montis, ad veſtigii formam compacta, cujus Oppidi nobis occurrit mentio, quia ibi Sanctus Petrus Eremita genus, ortumque duxit ſuum. Is enim poſt multa ad Dei honorem, animarumque ſalutem peracta, multis prodigiis claruit, & longe, lateque de ſe fama relicta, denique diem clauſit ſuum apud Trebanos, ubi corpus omnes venerantur ſub die XXX. Auguſti. De eo meminit Hiſtoricus Marſus libr. III. pag. 209. Hodie autem in loco tumuli, atque iu tota Sublacenſi, & Marſicana Dioeceſi fit officium duplex cum octava, ut ex decreto hujuſce tenoris – Sacra Rituum Congregatio ad preces Reverendiſs. Epiſcopi Marſicani benignè indulſit facultatem, ut in poſterum juſtis de cauſis ſemel in anno die XXX. Auguſti in tota ſua Dioeceſi recitari poſſit officium duplex cum Octava S. Petri Eremitae ab omnibus utriuſque ſexus, tam ſaecularibus, quam regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, jam approbatum, & conceſſum pro Oppido Trebarum Anagninae Dioecoeſis, & poſtea extenſum ab eadem S. Congregatione ſub die III. Martii 1674. in univerſo Clero, tam Terrae Sublaci, quam aliorum Locorum Abbatiae Sublacenſis, hac die 3. Octobris 1683. N. Card. Ludoviſius. loco ✠ Sigilli Bernard. Caſalius S. Rit. Congreg. Secret.

Quod

Quod in regeſto dicti anni S. Congregationis Rituum factum legitur, curante vigilantia clar. mem. Card. Caroli Barberini, tunc Abbatis Commendatarii Sublaci, & conſtat etiam ex impreſſione Praeneſtina Ruzzoli typis Barberinis anno MDCCVII. dictum officium continente, in cujus exordio ita habetur.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Quae ad Divini Cultus augumentum, & Sanctorum venerationem pertinent, & libenter concedimus -- prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Sane pro parte dilectorum Filiorum Cleri, & Populi Terrae Trebarum Anagninae Dioeceſis, nobis nuper expoſitum fuit, quod ipſi pro eorum erga Beatum Petrum Eremitam dictae Terrae Patronum inſtituto, & peculiari devotione, Officium proprium de dicto Sancto in Eccleſiis dictae Terrae recitare poſſe cupiunt. Nos illorum pro deſiderio benigne ſatisfacere, ac eos ſpecialibus favoribus, ac gratiis -- proſequi volentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, lectiones proprias dicti Sancti Petri Eremitae in Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalium, ſuper Sacris Ritibus, & caeremoniis deputatorum examinatas, emendatas, & approbatas, ac per dilectum Filium noſtrum Caeſarem Praesbyterum Cardinalem Baronium nuncupatum ſubſcriptas, quarum tenores praeſentibus pro expreſſis baberi volumus, ex voto dictorum Cardinalium, auctoritate Apoſtolica tenore praeſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac dicto Clero, & Populo,

ut

ut tanquam de Patrono dictae Eccleſiae feſtum ejuſdem Sancti Petri Eremitae, quod die 30. Auguſti, ab immemorabili tempore, celebratur ad rubricas Breviarii Romani in eorum Eccleſiis publicè celebrare, & lectiones proprias, ut praefertur examinatas, & approbatas recitare valeant, auctoritate, & tenore praeſentium perpetuò concedimus, & indulgemus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, caeteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut praeſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonae in dignitate eccleſiaſtica conſtitutae munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quae ipſis praeſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitae, vel oſtenſae. Datum Romae apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 14. *Auguſti* 1602. *Pontificatus noſtri anno undecimo.*

M. Veſtrius Barbianus.

Sequuntur exinde lectiones ſecundi Nocturni ejuſdem Sancti, quae ad ipſius vitam adferendam ſtrictè enucleantur – Petrus Eremita prope Carſeolos in Arcis Vegetis Caſtro, Marſicanae Dioeceſis natus, ab ineunte aetate morum integritatem, pudicitiam, & innocentiam mirificè coluit: Adoleſcens cum a Parentibus ad ducendam Uxorem impelleretur, illis clam, patriaque relictis Tybur ſeceſſit, ubi annos aliquot apud Clerum Virum probum, & pium diverſatus, brevi progreſſus effecit, ut magi-

ſtrum

ſtrum ſuum ſuperare videretur. Ejus Sanctitatis fama, ubi ad Epiſcopi aures pervenit, Petri ille virtutes admiratus, ipſum in Clericorum numerum adſcripſit.

Interea Epiſcopi juſſu, in Patriam reverſus, ut Concives ſuos ad pietatem inſtrueret; eorum quamplurimos ſermonibus de rebus piis, quos ad eos faciebat è corruptis moribus ad emendatiorem vitam traduxit. Quod cum faceret impiis hominibus illum oppugnantibus, eumque deridentibus, nunquam ceſſit ab ipſis etiam caeſus, eam injuriam patienter ſuſtinuit. Cumque apud, ſuos, duos circiter annos fuiſſet, tandem Sanctiſſimae Dei Matris admonitu, inde recedens ad eum locum, qui Sublacus dicitur, venit: ubi ſex menſes apud Monachos S. Benedicti commoratus finitima loca, quo proximum adjuvaret, circumivit: in iiſdem Deo adjuvante, multa ſanctè, & admirabiliter geſſit. Daemonem, qui eum in Eccleſia Sancti Abundii orantem, impedire conabatur, a ſe expulit: carnem quoque cilicio perpetuo afflixit.

Trebas deinde profectus, cum ibi magno ſuo dolore, Chriſtianos ritus collapſos vidiſſet, eoſdem reſtituendos ſuſcepit, atque ejus Oppidi incolas ad diem Dominicum ritè colendum hortari caepit: idque ita fieri debere, ut eos monebat, miraculis confirmavit, ibique plurimis quoque ad ſalutem profuit. Orationi adeointentus erat, ut praecando, à Deo quamplurima mirabiliter impetravit. Vas

vitreum confractum, divina virtute reſtituit; multos, qui offerebantur homines, morbis variis affectos, ſanavit; Daemonum aeſtu agitatos liberavit, caecorum oculos, ſurdorum aures aperuit, aliaque divinitus egit, quibus Deus ejus ſanctitatem omnibus notam eſſe fecit. Demum Beatus Vir his, aliiſque meritis cumulatus, in Coelum migravit ad praemium, tertio Kalendas Septembris, ex cujus corpore ſuaviſſimus odor, mirantibus, qui aderant, emanare coepit.

Denique vero notandum eſt, Beati domum apud Arcebutenſes modo ut Eccleſiam venerari; extat etiam celebris Sancti fons, prope Oppidum ſitus, qui multis miraculis illuc accedentibus, & aquam bibentibus coruſcat: Ad Sanctum enim multi magnates acceſſere, inter quos ante Pontificatum S.S. Dominus noſter re, ac nomine Clemens P. P. XI. adnumeratur, qui ſupradictum Pantheon a S.Bonifatio conſecratum, nunc reſtaurari feliciter curat, & S. Petri ab juventute ipſius devotione allectus, nuper devotionis memor Beati Statuam Trebas miſit, nècnon Eccleſiam exornari ſumptibus propriis voluit.

Duo Sancti Marſi incogniti nominis.

Quorumdam Sanctorum duorum è noſtra Provincia, olim Valeria nuncupata, deſcendentium, alterius Diaconi Eccleſiae Marſicanae meminere (ut alibi varia occaſione annui) S. Gregor. libr. IV. Dialog.

log. cap. xxi., & de Diacono praedicto libr. citat. cap. xxiii., nec non Martyrologium Roman. juxta adnotat. Card. Baronii, & aeditionem Venetam anni 1615. ſub die xiv. Martii pag. mihi 151. his verbis: *In Provincia Valeriae S. S. duorum Monachorum, quos Longobardi ſuſpendio necaverunt in arbore: in qua licet defuncti, ab hoſtibus ipſis auditi ſunt pſallere. In ea etiam perſequutione Diaconus Eccleſiae Marſicanae in confeſſione fidei capite truncatus eſt.*

Venerab. Bartholomaeus, & Beatus Joannes de Taleacotio Marſi.

Ven. Bartholomaeum a Tranſaquis, cujus obſcuram habemus memoriam, etiam afferimus: quem in ſolitudine, & Sanctitate S. Petri Caeleſtini Socium, Phoebonius hiſtor. Marſor. pag. 122. memoratus eſt. Rurſus hic Venerabilem Fratrem, ſivè Beatum Joannem à Taleacotio, Ordinis Minorum de Obſervantia quoque inſerimus, qui Socius fuit Sancti Joannis à Capiſtrano nedum Italiae, verum etiam Pannoniae, ubi S. Joannes Capiſtranenſis Turcas expugnavit, unde illius occaſione praedicti Beati Joannis à Taleacotio meminere Marcus Ulyſſiponenſis par. iii. libr. ii. cap. xxix. Toſſianus lib. ii. in Vicaria Corſicae, necnon alii infraſcripti. Ambobus enim idem lectulus datus eſt; Is etiam S. Joannis à Capiſtrano victoriam contra Turcas Bel-

gradenſes primò Italiae nunciavit, praeſertim B. Jacobo à Marchia etiam tunc viventi, necnon Caliſto III. Papae in Petri Cathedra ſedenti. Fuit quoque Pio hoc nomine II. percarus, unde ſuo munere glorioſè expleto, demum in Cyrnorum Inſula miraculis, & concionibus clarus, anno MDCLVII. è vivis abiit: Teſtes ſunt ultra citatos, Lucas Wadding. tom. VI. Annal. ſub d. anno n. 10., & ſub anno 1456. n. 43. d. tom. 6. & loco citato ſub anno 1457. n. 11., necnon Mazzara in Legendar. Franciſcan. tom. 2. pag. 284. Recolitur autem ejuſdem feſtivitas ſub die nona Maii ex Martyrologio Franciſcano Arturii à Monaſterio pag. 200. his notis: *Beati Joannis de Taglia Confeſſoris Provinciae S. Bernardini fuit alumnus. Concionator celeberrimus, qui exindè in Corſicam Inſulam more traiiciens illic claruit ſingulari Sanctitate, & ſepultus magna veneratione apud illos Populos babetur. Cognominatur de Taglia, ſeù de Tagliacotio.*

B. Leggero de Celano Marſus.

Rurſus B. Leggeronem à Celano ejuſdem Ordinis ex inſcriptionibus, & figuris, quae Celani in Coenobio Fratrum S. Mariae Valleviridis extant, excepimus; cujus vitam, actaque geſta, etſi diligenter Auctores legerimus, Priſcorumve notas inſpexerimus, reperire tamen haud valuimus. Quod ſane, & auctoribus Franciſcanis, inter quos Wad-

din-

dingo, & noſtro Marſo hiſtorico, etiam contingiſſe videtur.

Beatus Benedictus in Marſis.

Extra Albam ſuperius enunciatam, Templum Deiparae Sacratum cum Canonicorum Collegio, Abbatiali titulo decoratum adſpiciebatur, quod exinde ut incolarum commodo proſpiceretur, ad Eccleſiam S. Nicolai intra ſepta erectam, translatum eſt, Canonicorumve numerus ad ſeptem tantum, ex Gentilis Marſorum Epiſcopi cura, anno MCCCXCIV. redactus legitur. Apud Collem vero ex alia parte Caſſinenſes Patres a priſcis rudimentis Templum D. Petro dicatum conſtruxerunt, cui deinde Fratres Conventuales S. Franciſci, privilegio Ladislai III. Hungarorum Regis, teſte Waddingo tom. 11. Annal. n. 6. fol. 477. ſucceſſere, ibique manſerunt, donec illud ex Innocentii X. Pamfilii recol. mem. Conſtitutione Piſcinenſi Seminario adderetur, in quo ſane Templo, inque magno lapide hi verſus fuere:

Civis Romanus doctiſſimus arte Ioannes
Cui Collega bonus Andreas detulit onus.
Hoc opus excelſum ſtruxerunt mente Periti
Mobilis, & prudens Oderiſius adfuit Abbas.

Quem forſan Oderiſium fuiſſe reor, qui Annalia congeſſit, idemque Templum jam collapſum ex antiquis ruinis conſtruxerat, ut in quodam lapide ibidem hiſce notis poſito manifeſtum erat:

Ab-

Abbas Oderiſius fieri fecit.
Magiſter Gualterius, & Petrus
Fecit cum Moronte hoc opus.

In ipſo quidem Templo, inque cornu Evangelii Arae minoris, Corpus B. Benedicti, quem dicunt Seraphicae, vel alterius Religionis alumnum compertum eſt. Patria enim etſi Marſa, ut reor, quum ibidem diu ſteterit, & objerit, attamen ignoratur, & pro comperta affirmari non poteſt. Porrò dum is hac erat in vita ſolitudinis amator, in quodam antro Velini Montis optimè vivens humilitatis cultor, etiam a manuum ſuarum labore non abſtinuit. Aſſiduis jejuniis pro Dei gloria conſumptus, operibus clarus obdormivit in Domino; teſtimonium perhibent quaedam acta ab Archivo ipſius Eccleſiae M. S. accepta, quae Phaebonius minimè luſtravit, ut is apud Marſor. hiſtor. libr. III. pag. 170. his verbis teſtatur -- *Illius autem acta, vitaeque geſta cum plurimum inſudaremus, nullibi expiſcari potuimus.* Celebratur Beati feſtivitas XII. Kalend. Aprilis, ſed Marſis non nimis comperta eſt.

Ven. Conradus de Alba.

Quemdam Venerabilem Fratrem Conradum de Albis Minoritam in Terra Sancta Martyrio coronatum, Lucas Waddingus Annal. tom. III. n. 14. fol. 154. his notis refert. *A Saracenis Fr. Conradus de Albis (pro Alba) & ſuper Corpus ejus projectum in Mare*

re, *tribus diebus apparuerunt duo luminaria*, *unum ad caput*, *aliud ad pedes cernentibus tam Chriſtianis*, *quam Saracenſis*. Circa annum mcclxxxviii. diem clauſit extremum ſub 3. Decembris teſte citato Auctore de Martyr. Ord. Min. lit. C. impreſſ. poſt tractat. de Scriptor. ejuſdem Ordinis.

In deſcenſu etiam alterius Collis praedictae Civitatis Albae aliud Templum mox penè dirutum S. Angelo Caſſinenſium Monachorum dicatum extabat, & ante aſcenſum in auſtro ad radices Sacellum Divo Leonardo Sacratum, nunc etiam adſpicitur, in quo hae marmora Priſcorum memoriam indicantia ad vetuſtatis noſtrae gentis teſtimonium relata, diverſis in locis exiſtunt.

C. VOLCEIVS C. T. L.
MARO P. L. T. T. V. M. O.
*N. O. Q. W*gx.
I. V. L.

Et in baſe primae Arae.

NICOMAGVS SA. F. L. S.
P. A. A. T. A. A. TETI DI.
L. S. DOROTEI T. I. E.
BASIM. DON. DANT.
IERS. NOM. ORFE.
WIK.

Ven.

Digitized by Google

Ven. Jacobus de Scanſano, ac Servus Dei Andreas de Afflictis de Piſcina Marſi.

Quidam Venerab. Fr. Jacobus de Scanſano (quod Oppidum Marſorum eſt) in vita Sanctiſſimus, & in morte alter Paullus Eremita, refertur a dicto Waddingo Annal. tom. VIII. ſub anno 1506. num. 13.

Piſcinae quoque ortus eſt Andreas de Afflictis, qui exinde militiae Religionis adſcriptus, in Congregatione Oratorii Magni Nerii Philippi ſemper laudandi, Aquilae ſanctè vixit, & ne ſermonem longius protraham, multa opificia fecit, vigilias pro animarum ſalute, jejuniaque explevit, peccata audivit, & chameunias in pavimentis cilicio circumdatus, non bis, ſed ſaepe exercuit. Senis demum, & Venerandus, in dicta Civitate è vita migratus, apud omnes ibidem magna ſanctitatis opinione clarus eſt. Quae ſane de ipſo nobis indicaſſe ſufficiant, reliqua iis relinquendo, qui fuſius, ut audivimus ipſius Vitam, edere conantur, quum non modo, multa de tanto Viro dici poſſunt, ſed etiam debent.

CA-

CAPUT VI.

De aliis Sanctis Viris exteris qui in Marſis objerunt, vel morati ſunt.

B. Bartholomeus Agricola.

B.Bartholomeus Agricola, natione Germanus, hic attrito ordine relatus, ex Amberga Palatinatus oriundus, apud Fratres Conventuales Profeſſus Taleacotii fuit, ubi ſanctitate coruſcavit. Filius extitit Taleacotii Caenobii, & Neapoli è vita exceſſus tumulo in Eccleſia S. Laurentii datus eſt. Illius meminere Nicolaus Armiger, Inſtituti ejuſdem Alumnus in Commiſtion. hiſtor. Ord. Sancti Franciſci Saecul. Rot. poſtrem. Gerardus Empellius Belga obſervant. in examinat. hujuſmodi examin. III. quaeſt. III. Wadding. ſuper tom. I. ad annum 1234. §. 15. ocularis teſtis. Celebratur illius feſtivitas XIII. Martii, ut dixit Gravina in voce Turtoris par. II. cap. XXIV. Is autem non modo praeſtantia morum animique candore, ſed etiam doctrina, & eloquentia excelluit, quibus omnibus Marſis, atque ſuis Religioſis gloriae nomen reliquit aeternum.

Digitized by Google

SS. Simplicius, Conſtantius, & Victorianus Martyres.

Hactenus de his, qui ſanctitate praediti, apud Marſos nati, vel ibidem ob Religionem profeſſam iterum orti fuere, reſtat nunc illos inſerere, qui in vita, & morte Sanctiſſimi, etſi alieno adnotati genere, apud Marſos tamen lucis uſuram amiſerunt, vel ſaltem penes ipſos diu manendo, Provinciam illuſtrarunt. Ab his vero, qui in Marſis objere incipiendo S. S. Simplicium Patrem, Coſtantium, & Victorianum Filios adlegimus, quorum ſiquidem vitam licet Phaebonius congeſſerit, nos tamen cum eodem pag. 1*36*., & cum aliis infra citandis haud ab ipſo compertis, Coſtantium, & Victorianum primò ex *Simplicio*, & Gaudentia nobili Foemina Burgundiae Galliae Celticae inſignis Provinciae ortos, non vanum referre putavimus. Horum quippe auguſta, piaque Mater proprio Viro, ideſt Simplicio inſtante, Chriſtifidelis facta, Monaſterium illius Civitatis Mariae Virgini dicatum ingreſſa eſt: Simplicius vero cum Filiis, Pontio Galliarum Praefecto mandante, exul à Patria diſceſſus, poſt multa itinera, moram vinculis fecit Ravennae, quae Urbs, eſt in octava Italiae Regione olim Sabinorum Colonia, ut Plinius lib. III. cap. XV. credidit, licet ipſam aliqui a Theſſalis conditam perhibeant; Quidam ve-

ro

ro poſt exciſam Trojam, aliique poſt confuſas hominum linguas in Babylone conſtructam, ut idem Plinius Auctor eſt, fabulentur.

Ab ipſa deindè Simplicius migratus A. M. Aurelio Antonino Auguſto, Aelii Adriani in Romano Imperio ſucceſſori cum ejuſdem Pontii Praefecti literis miſſus eſt, ut Chriſti Evangelium aut linqueret, vel tormentis ſe, Filioſque pararet; Imperator enim Marſicis in Montibus oblectationis cauſſa morabatur, praeſertim vero in Sancto Petito Oppido ſic vocitato, propeve Celanum ad occaſum verſus, in quodam aſcenſu poſito, cui vallecula adjacet, ex qua flumen ſub Ovindolo provenit. Ibi etiam Lucius Verus Imp. quod aeſtivaſſet, ut conſilio Medicorum ab oculorum lippitudine coeli illius beneficio ſanaretur, domumque, cujus nunc parvae reliquiae apparent conſtruxiſſe, idem Auctor hiſtor. Marſor. libr. III. cap. VIII. pag. 241. ſcripſit, ideoque ob dictam Imperatoris in S. Petito manſionem, iidem Pater. Simplicius videlicet, ac Filii, Marſos profecti pluries ad fidei odium coacti, quia conſtantiſſimè renuerunt, hinc martyrio damnati ſunt prope Celanum ſub fonte aureo nuncupato penes montem Tinum, ubi antiquum Celanum ſitum erat.

Ipſorum itaque commeminit Philippus Ferrarius inter caeteros, in Catalog. Sanctor. juxta primam aeditionem Hieronymi Bordoni Mediolanenſis Bybliopolae anni MDCXIII. qui referens eorumdem feſti-

ſtivitatem ſub die XXVI. Auguſti fol. 545. ita inquit -- *Simplicius nobili genere natus, ex Burgundionibus ortum, ducens in Gallia una cum Conſtantio, & Victoriano Filiis a Pontiano Praefecto in perſecutione Antonini Imp. de Religione interrogatus cum ſe Chriſtianum liberè profeſſus, Praefecti perſuaſionibus haud acquieſceret, ſed Chriſti fidem aliis praedicaret, ipſe, & Filii compraehenſi virgis ferreis crudeliſſimè caeſi ſunt, ſed cum tortores illi immaniſſimi ſtatim quaſi maxima febre correpti divinitus expiraſſent, multique eo miraculo obſeſſos a Daemonibus liberari, caeciſque lumen reſtitui cernentes, ad Chriſtum converterentur, illos Praefectus non auſus ob generis nobilitatem interficere vinctos ad Imp. miſit. Qui in itinere aliquot aeditis miraculis, in quibus Ravennae Puellae nobili luminibus orbatae viſum reſtituunt, Romam ingreſſi, & è Satellitum manibus elapſi in Baſilica S. S. Apoſtolorum preces fundunt. At rurſus compraehenſi, ductique ad Imp. qui eo tempore in Marſis agebat, cum Deos venerari renuiſſent, in locum obſcuriſſimum ſerpentibus plenum detruduntur. Inde educti, ac funibus ligati ab indomitis Iuvencis raptantur: denique ad aureum fontem apud Montis Piſcini radicem decollantur. Quorum corpora a Creſcentio Presbytero ibidem ſepulta ſunt Kalendas Septembris, uno ex lictoribus, Caeſareo nomine viſo ingenti terraemotu ad fidem converſo, & caet.*

Advertendum vero cum citato Auctore ibidem, quod praefatus Antoninus Imp. qui perſequutionem in Chriſtianos quartam excitavit, non Pius, ſed M. Aurelius, ſeu Lucius Verus fuit, licet M. Aurelius

poſt

poſt Lucii Veri obitum,erga Chriſtianos,ob victoriam illorum precibus ex Marcomannis reportatam, ſe mitiorem exhibuerit.

Rurſus in novo catalogo Sanctorum ejuſdem Ferrarii par. 1. fol. mihi 337. ſub dicta die 26. Auguſti de praedictis, verba haec leguntur: *Apud Marſos S. S. Martyrum Simplicii, & Conſtantii, ac Victoriani Filiorum ſub Antonino Imp.* & ſubindè in adnotat. §. 11. ſic Auctor proſequitur -- *Marſi Populi, & G. E. ſunt Latii ad Lacum Fucinum, qui nunc Lago di Celano nominatur, ſed C. quae eſt Valeria una cum Regione aliquando dicta eſt, Bonifacii Papae Patria a Lacu abſorpta, vel ab hoſtibus exciſa eſt. Epiſcopo Celani Op. proximo, vel etiam Piſcinae pago a Marſicana Urbe milliario diſtante munia Epiſcopalia obeunte. Marſorum mem. Strabo libr.* v. *Plin. libr.* III. *cap.* XII. *& Livius frequenter. Simplicii, & aliorum. Ex tabulis Eccleſiae Marſicanae horum acta M. S. Romae inde tranſmiſſa accepimus, & legimus. Eorum natalis dies celebratur, ut nuper accepimus.*

Quod etiam in Martirolog. Roman. juxta adnotat. Caeſaris Card. Baronii ſub eodem die 26. Auguſti fol. mihi 421. his aliis verbis patet: *Apud Marſos Sanctorum Simplicii, & Filiorum ejus Conſtantii, & Victoriani, qui ſub Antonino Imp. variè primum cruciati, tum demum ſecuri percuſſi, Martyrii coronam adepti ſunt.*

Quum enim interfecti fuere, ſciendum denique, quod ipſorum corpora non à quodam Celario no-

nomine, ut Phoebonius voluit, ſed cum citato Auctore a Creſcentio praedicto clam tumulata, Civibus occulta ſtetere, donec a Beato Joanne Eremita (de quo infra dicemus) exhumata, in Eccleſia S. Joannis Apoſtoli, judicio Populi recto in loco poſita eſſent. Pandulphus exinde Marſorum Epiſcopus ſuo in loco commemorandus eadem rurſus in lapidea capſa alia digniore Anno Chriſtianae aerae MLIX. hiſce notis, quae in eadem arca leguntur, collocavit.

Hic requieſcunt Corpora Sanctorum
Simplicii, Conſtantii, & Victoriani
Recondita tempore Pandulphi Epiſcopi.

Aſt Celanenſis Urbs (ſic olim ob mitratum Praepoſitum nuncupata; Praepoſitura enim in dignitatem tantum, qua nunc Doctor Franciſcus Maſciarellus Patrit. Celanenſis fruitur, redacta eſt), quum a Ferdinando II. Imp. deſtructa eſſet, ideo alia in Eccleſia S. Joannis intra moenia conſtructa, eadem corpora in Cornu Evangelii picturis exornato, pietate Comitis cujuſdam Nicolai Anno MCDXVI. ubi ſequentes extabant verſus, repoſita fuere.

Hic ego Simplicius jaceo ſub rupe gemellis
Hic prope me genitis: quorum Conſtantius haeres
Ante Patrem latere dextro, laevoque ſecundus
Victorianus, & hic fraterno ſtamus in iſto
Manſeolo terrae fulgent ſpiramina coelo.
Vivida ſidereo multoque redempta cruore
Martyrii ferro, flaminis, variiſque flagellis.
Principium vitae peperit Burgundia finem

Dum

Dum Italus gladio dedit Antoninus in Urbe
Imperitans, perimens Chriſtos, Chriſtique ſequelas
Sanguinis effuſi teſtis fons aureus, & mons
Tinus apud Caſtrum Celani noſtra bipenni
Colla reciſa gemens, nomenque vocantia Chriſti
Duđor Apoſtolici gregis Innocentius Almus.
Almifico Sulmone natus, datus eſt Pater Urbis
Septimus, atque ſedit ſolio Dux Neumate ſcriptus
Caeſareus ſtupor Heroum pugil abſque timore
Hieruſalem Regno Siculi fuit. Ungari quoque
Rex Ladislaus generi lux, floſque ſerenus
Stirpis bonos, pietatis opus, generoſus ab aſtris
Firma columna domus, Nicolaus laudis, & inſtar
Celani Comes oſſa videns malè condita, buſtum
Hoc dedit ingenuum placidi renovaminis aulam
Cui lux longa, ſtatus, ſtabilis, pax, ordo quietus,
Atque novum florem Petrum Deus impleat aevo
Felici cum Matre, Patrem, Proliſque phalangem
Nunc re perpetui vivant cum pace trophei
Sol nunc Millenos centum pater egerat annos
Sextus erat ſocius primis, indictio dena
Quartaque currebat Junii ſub luce decena
Carmina Parmigenae lapis accipe voce Johannis
Oſſaque Sancta te venerantur in omnibus annis.

Porrò aſſidua miracula, quibus jugiter coruſcant ſi nunc referre contingeret, ſane de his volumen ſcribere opus eſſet, quum & Celanenſibus non ſolum, ſed omnibus etiam Marſis, aliiſque undique currentibus benignas praebeant aures, ſatis praeterea

terea nobis indicaſſe ſufficiat multa, quae ab Auctore ipſorum vitae nedum dicta, ſed nec etiam comperta fuere. Hac in re advertas tamen, praedicta Martyrum oſſa rurſus anno M DCC VII. Celanenſium erga tantos Patronos Opt. meritos affectu ab enunciata Capella Cornu Evangelii amota, in capite Eccleſiae prope Chorum ampliore, divitiore, nobilioreve in Ara cum aureatis tabernaculis repoſita eſſe, occaſione praeſertim, qua Eccleſia praedicta S. Joannis, ubi modo ſunt, denuo conſtructa, eſt. Extant etiàm ibi aliae reliquiae, praecipuè Dominicae Crucis, quas nunc referre incongruè autumamus, licet in propoſito item inſerere libeat S. S. Martyrum feſtum, dicta die 26. Auguſti quolibet anno, ſolemni, ac magna pompa, & devotione celebrari, quo praeſertim die multis miraculis fulgent, ut modernus quidam devotus, hiſce cecinit carminibus.

Dum tot Martyribus Felix Celane ſacraris
Pars aliqua Empirei crederis eſſe Poli.
Innumeras Animas Sanctorum claudit Olympus.
Tuque Beatorum corpora trina tegis.
Simplicius Genitor, Conſtantius, Victorianus
Burgundi Fratres ſunt in amore pares
Pro Chriſto cujus firmarunt ſanguine nomen
Quique tibi impetrant munera, ſi qua rogas;
Simplicitate Patris gaudet Conſtantia Prolis
Victoris palmam, Victorianus habet.
Hi quandoque velis nebulas, ſolemque reducunt,

Hique

Hique tuos agros fertilitate replent.
Diceris è Caelo Coelanus diſcrepat iſtud
Dat Caelum grates, quando Celane rogas!

B. Joannes Fulginas. Item S.S. Joannes, Victor, ac Stephanus Martyres.

Ad Beatum Joannem Fulginatenſem, qui non parum Marſos, Celanumque ex dicendis illuſtravit redimus cum Ludovico Jacobillo in Vita S. S. Umbriae pag. 63. Is enim anno Dominico cxx. ex Catholicis Parentibus ortus, & a Sancto Britio Baptiſmatis fonte ablutus, priſcus Eremita a dicto Jacobillo dictus, quum Marſos, Celanumque proficiſceretur, ubi Antoninus Imp., propieve in S. Petito, ut dicebamus, ad oculos proprios ſanandos moraretur, clàm ſub aureo fonte moram facere curabat, ſed Roma ab Imp. repetita idemmet Sanctus Vir ibi Eccleſiam S. Joannis Evangeliſtae vulgo (S. Giovanni) vecchio conſtruxit anno Domini cxlv., ubi, ut ferunt, de nocte quoddam columnae principium ab Angelis fieri vidit. Haec autem Eccleſia modo Civium, Praeſulumque incuria, ferè collapſa eſt. Sunt etiam in eodem Templo corpora S.S. Joannis, Victoris, & Stephani Martyrum, qui victoriae palmam itidem occumbentes meruere; ſed ita Domino diſponente incognita adſervari volunt! Jacobillus item loc. cit. pag. 67. dicit ipſamet corpora

L di-

dictum B. Joannem Eremitam Eccleſiae Conditorem ibi repoſuiſſe. Vide quoque Philippum Ferrarium in Catalog. citat. Sanctor. Ital. ſub die XVII. Septembris, cujus haec ſunt verba -- *Quorum corpora Joannes vitae admirabilis Eremita, qui poſtea Martyr occubuit, una cum ſuis diſcipulis* (Benigno videlicet, & Caeleſtino ejuſdem Joannis Eremitae vitae Scriptoribus) *in Eccleſiam, quam S. Joanni Evangeliſtae conſtruxerunt noctu luce Caelitus orta detulit, ac ſepelivit* XV. *Kalen. Octobris, ubi miraculis coruſcarunt*.

In antiquiſſimo autem Codice vitae dictorum Sanctorum ſcriptae a d. d. Benigno, & Coeleſtino B. Joannis Eremitae diſcipulis, qui in Archivo Eccleſiae Celanenſis, juxta Jacobill. dicto fol. 67. aſſervabatur, ſequentia legebantur verba a mox citato Auctore relata -- *Quorum corpora nos Benignus, & Coeleſtinus tempore Antonini Imp. Condiſcipuli B. Viri Joannis à Civitate Fulginea, quae eſt in Spoletanis partibus, qui maxima Sanctitate, benignitate, & doctrina fulgebat, ingenioque tanquam Sydus ſplendebat, ſimulque collegimus, & ad B. Joannis Apoſtoli Celani Eccleſiam à dicto noſtro Beato Joanne aedificatam, cum maximo honore, & reverentia tranſportavimus, & divina lux contulit nobis alacritatem, ubi per Sanctos Martyres, & per breviſſimas preces Patris Eremitae Joannis per multa, & varia operabantur miracula. Poſtea Martyr Chriſti, & Eremita Joannes habitavit in Monte Marſorum, deinde in Inſula quae dicitur Tremitis, & Reatinas partes, petiit ubi aedificavit Eccleſiam,*

ſan-

ſanctè vixit, multa patravit miracula, & glorioſo Martyrio curſum ejus complevit. Caeterum B. Joannes Eremita Anno Chriſti c lxiv. die xi. Januarii teſte cit. Ludovico Jacobillo d. pag. 63. ex hac vita in Coelum migravit.

S. Rufinus Marſorum Epiſcopus.

Pro comperto habemus primum Marſorum Epiſcopum Sanctum Rufinum fuiſſe, qui ex Amaſea Italiam profectus, ut Maximini Imp. furorem devitaret, Regionis primus Antiſtes renunciatus, Marſos tunc temporis Idololatras, & Magos in vera fide verbis, factiſve inſtruxit, & Sancto Baptiſmatis fonte abluit. In Oppido Tranſaquarum, ſive Traſacco, ut credunt ipſum primò Eccleſiam, quam deinde ſuo nomine vocarunt conſecraſſe Ughell. Ital. ſacr. tom. 1. columnn. 954. unde Demetrius quidam relatus in Marſor. hiſtor. libr. 111. pag. 150. in Panegyric. inquit.

Ad Marſos patriis Rufinus venit ab oris,
Et Comes haud renuit Patri Ceſidius ire
Qui tormentorum ſocium ſuperſtitit ante
Paſtor ibi Templum erexit, Caelique dicavit Reginae.

Ibi ergo Sanctus Rufinus ſua praedicatione catholicam fidem plantavit, auxit, & firmavit, & ob id Maximino imperante in teterrimo carcere, una cum Caeſidio ejus filio, à Proconſule Andrea conclusus eſt; Hic enim Niceae, & Aquileae Mere-

 tri-

tricum, ſagarumque machinas admovit fraudis expugnaturus Rufini tolerantiam, ſed vix carcerem ingreſſae caeleſti luce profuſae utilique terrore correptae, abjectis ſubito illecebrarum armis, è Magiſtris errorum evaſerunt diſcipulae veritatis dum ab ipſis Martyribus fidei rudimentis imbutae, ſacro Baptiſmate luſtratae fuerunt.

Quae vero quum Alexander, & Silon Praetoriani Milites ex eiſdem audirent, Rufino adjuncti ſalutaribus undis abluti fuere, aſt Proconſul Andreas, inanium Deorum iniuriam vindicare cupiens, ira excandeſcens, ſic illis affatus eſt: vel vos noſtros Deos recolere curabitis, vel Amaſeae capitibus mulctabimini, illi vero procumbentes ingenua, has Chriſtiana Charitate formatas effuderunt voces.

Rex immenſe Deus, Tellus, quem Pontus adorat,
Da nobis famulis, quae pura mente precamur
Auxilium miſero, ſanitatem confer aegroto,
Omnibus, ut pateat te Deum fore ſalutis,
Poſcimus ecce tibi nobis ſuccurre miſellis
Quatenus ii credant praeſentes te omnia poſſe,
Qui ſine fine gubernas ſaecula cuncta.

Quibus proinde auditis, idem Proconſul Andreas à Chriſto internè vocatus, ante Rufinum procumbens, Chriſtianam fidem amplexus eſt, protereaque eorum ſaluti conſulens, Sanctum cum Sociis ad fugam admittendo, hortatus, poſt varios caſus, Marſorum Regio ipſos primo excepit, ubi occaſione praefata Chriſtianum vexillum extendit, trans Lacum

cum Fucini Tranſaquenſem Sedem defixit, & Oratorium quoddam in ruinis domus Claudii Neronis Imp. conſtruxit, Anno ſalutis cc xxxvii. teſtis eſt Ughell. Ital. Sacr. tom. citat. column. 956. necnon ſequens inſcriptio a nobis diligenter tranſcripta ex atrio ejuſdem Oratorii, ubi vetuſtae effigies ſunt, teſtimonium perhibet.

Quod hic Claud. Nero Rom. Imp. Emiſſarium
Fucini opere inenarrabili undenos annos
Triginta hominum millibus confecturus
Domum, quae modo Eccleſia eſt a S. Rufino
Marſorum Epiſcopo conſecrata
Anno CC XXXVII. ſuae . . Solatium erexit
Quod Trajanus Auguſtus eundem purgaturus
Huc advenerint, ſteterintque; his reliquiis
Praeter alia vetuſtatis monumenta; Duorum
Caeſarum Domum Lector agnoſce.

Exinde verò Cura Imp. dictus Proconſul ante Romanum Praefectum ſtetit, & tanquam Chriſtianae Cultor fidei in equuleo ſuſpenſus eſt. Rufinus autem cum Caeſidio filio in vinculis urbanis adſtricti, divinitus è carceribus educti ſunt; Rufinus autem Aſſiſinates Populos in fide inſtruendos cum adiviſſet, Aſpaſii Romani itidem Praefecti juſſu in odium fidei, lapidea mola ad collum ejus alligata, in

in-

ingluviem Eloaſii fluminis die xi. Auguſti praecipitatur. Aſt Caeſidio, qui cum Sociis Romam miſſus erat, & illinc Marſos, in Oratorio praedicto Tranſaquenſi, brachium, gladio vibrato, detruncatur, unde expiranti, fuſtibus, primo Kalend. Septembris cum Vibio, Placido, Eutichio, aliiſque in martyrio Sociis, vita quoque adempta eſt. Brachium vero, in Cappella Collegiatae Sedoſiae Tranſaquarum bis in anno, magna populorum undique currentium devotione colitur, quum ad illud è Roma, & aliis Civitatibus prò devotione, vel ſaepius venerint, vel ſaepiſſimè miſerint, nam laquei ſerici a ſacerdote benedicti, atque S. brachii tactu conſecrati, contra gutturis morbos, & venenoſa animalia, miraculoſiſſimi ſunt.

Innuendum denique puto, quod ipſorum S.S. Martyrum vitam M. Phoebonius Abbas Tranſaquenſis materna lingua edidit, in hoc tamen corrigendus, quod praefatus Rufinus non extra muros Aſſiſii ſpectante Maſſimino Imperatore decollatus fuit, ſed mola deprimente Reatis, teſte Ughellio d. tom. 1. col. 957. ut dicebamus aquis eſt ſubmerſus. Ad ipſorum acta magis illuſtranda, libet praeterea verba aliorum inſerere, & auctoritates referre Martyrologii Romani ſub die xi. Auguſti hiſce notis -- *quibus eodem die, paſſio Sanctorum Rufini Marſorum Epiſcopi & Sociorum, ſub Maximino Imp.* quae ſiquidem verba Cardinalis Baronius ibidem adden. lit. E. pag. mihi 393. ità commentatus eſt. *Agitur eadem hac*

hac die in Eccleſia Marſicana. Legi tam ejus, quam S. Ceſidii ejus filii martyris acta ab eadem Eccleſia accepta, quae tamen non levi indigent emendatione. Reperimus vero alia fideliora illis, ſed imperfecta nobis impartita ab Eccleſia Piſtorienſi producta tantummodo uſque ad Rufini carcerem, in quem Romae detruſus fuit. Caetera autem, quae deſiderabantur in primo exemplari ab alio aliquo ſunt ſuperaddita, qui maluit ea ſuo ingenio ad finem perducere, quam relinquere imperfecta, quibus tradit Rufinum ſolutum vinculis quieviſſe in pace tertio Idus Februarii, Ceſidiumque filium abſque martyrio deceſſiſſe ſexto Idus Aprilis: quibus quidem tum praedicta acta tum etiam vetus traditio praedictae Eccleſiae, & antiqua monumenta contradicunt, quibus conſtat Sanctum Rufinum una cum Solone, & Alexandro apud Reate fuiſſe truncatum capite tertio Idus Auguſti, Ceſidium autem paſſum eſſe Tranſaquis apud Lacum Fucinum pridie Kalend. Septembris. Viget ibidem utriuſque Martyris religioſa memoria multis miraculis illuſtrata -- Caeterum ego circa Locum Rufini martyrii, opinionem Ughellii loc. cit. perſequi reor.

Rurſus de mox dicto Sancto Antiſtite ſub d. die XI. Auguſti loquutus eſt Phlippus Ferrarius in novo Catalog. Sanctor. Ital. juxta impreſſionem Mediolanen. Hieronymi Bondoni fol. mihi 501. ubi ſequentia leguntur verba -- Rufinus Epiſcopus Marſorum ſub Maximino Imp. cum fidem D. N. I. Chriſti Gentilibus in Marſicana Civitate praedicaret, a Luciano quodam Imp. Miniſtro, qui ex Piceno Romam

mam per Valeriam tranſibat, cum apud arcum Auguſti ab Urbe Roma ad 75. M. P. diſtantem magnam populi multitudinem, ad Rufini praedicationem converſam vidiſſet, apud Imp. delatus, eſt una cum Ceſidio Presbytero, qui Tranſaquis praedicabat. Is Aſcanium Cornicularium eò miſit, qui Rufinum vinctum Romam perductum carcere incluſit. Ceſidius vero cum Rufinum captum, & Romae in cuſtodia detineri accepiſſet, ad Urbem veniens, Runum nocte alloquuturus, ad eum per feneſtram ingreſſus eſt. Poſt aliquot dies è carcere cum aliis Chriſtianis emiſſi, Rufinum ad propriam Eccleſiam reverſus eſt. Cumque praedicatione, & ſignis multos ex Gentilibus in dies converteret iterum ad Idolorum Cultoribus captus, una cum Alexandro, & Silone variè exagitatus, tandem apud Reate capite truncatus Martyrium conſumavit 3. Idus Auguſti.

Hymnus in S. Rufini paſſionem ex Petro Hoſtienſi ab eodem Ferrario relatus.

Magnum Rufini meritum
Turba canat Fidelium
Qui mundi Victor extitit
Et liber aſtra petiit.
Bellator inviċtiſſimus
Praebet ora lapidibus
Sed verbis grando verberum
Non indidit ſilentium.
Plumbatis inde caeditur
Jam jam obiiſſe creditur

Sed

Digitized by Google

Sed qui putatur mortuus
Surgit ad arma promptius.
Detruditur in Clibanum
Furentem flammis ignium,
Caminus, ſed incendii
Fit Nemus refrigerii.
Nam flammis crepitantibus
Clarus immerſis Angelus,
Ad cujus mox Imperium
Perdit vires incendium.
Certat Martyr egregius,
Ut leo vinci neſcius
Cuncta poenarum genera
Mente calcat intrepida.
Saxum collo ſuſpenditur
Sic fluctibus immergitur
Quem aqua Chriſto genuit
Per banc ad ipſum pervenit.

Oſſa Sanctorum Ceſidii, Andrae, Silonis, Alexandri, Vibii, Placidi, & aliorum in Marſis, & ubi?

Porrò ad coronidem ulterius ſcire libet, in dicta Eccleſia Tranſaquenſi, quae Collegiata eſt Abbati Curato parens, quieſcere etiam Spinaleos cum capite S. Andrae Proconſulis, reliquiaſque Sanctorum Niceae, & Aquileae Martyrum, ultra corpora

S. Ceſidii, & Sociorum ſupradd., necnon capita S. S. Silonis, & Alexandri Martyrum. Corpora enim S. S. Vibii, Placidi, Eutichii, & S. Ceſidii ſub majori Ara exiſtunt, juxta Ughell., & Jacobill. loc. cit. Reliqua vero etſi intra Eccleſiam, incognita tamen aſſervantur.

S. Dominicus Abbas.

S. Dominicus Abbas quum per Marſos aliquot diebus tranſiret, in quodam Oppidolo Villa de Lacu dicto CC. P. à Fucino, à quo exordium habuit diſtante, longo tempore manſit, qui deinde Sanctitate auctus, relicta Spelunca, atque Avellanae Monaſterio extructo, ibidem vitam cum morte commutavit plurimis miraculis clarus; Leo Hoſtien. libr. 1. cap. IX. teſtis eſt. Rurſus notandum eſt, quod inter juga Appennini ad Aternum vergentem ſupra Piſcinam Cuculli Oppidum Celano ſubjectum ſecerni, ac ſitum in abrupta regione, ubi teſte P. Beatillo in ejus vita, necnon Bolland. in Actis S. S. Orbis ſub die 22. Januarii, quo ejus celebratur feſtivitas, ipſe quoque manens, de ſua mora Incolis benemerentibus proprium molarem dentem, mox in Eccleſia Parochiali ejuſdem Oppidi S. Ægidio dicata aſſervatum, ſuaeque mulae ferrum benignè donavit; ad quem ſiquidem rabidi Canis morſu, aliorumve venenatorum animalium dentibus offenſi recurrunt, & Sancti miraculis gratiam ſoſpitalem reci-

cipiunt. Animalia verò ignita eodem ferro impreſſa furorem haud timent; Et mirabilius eſt, quod in omni Cuculli ambitu, ſive reſtrictu, nullum omnino venenoſum animal vivit, immo ſi aliquod illuc deferatur, vix territorium tangit, quod ſicuti omnibus compertum eſt, miraculosè concrepat, Phoebon. hiſtor. Marſor. libr. III. pag. 275., & ſeq. teſtis ad exuberantiam affertur. Ejuſdem Sancti denique vitam ad lectoris diſciplinam notandum eſt, ultra praefatos, Card. Albericum congeſſiſſe, necnon Ludovicum Jacobillum, quos Baronius, & Leo in Chron. lib. III. cap. IX. innuerunt.

S. Benedictus Abbas.

Item S. Benedicti Abbatis Nurſiae clarè orti, qui è Sublaco diſceſſus, in Marſis fundavit unum ex duodecim Monaſteriis S. Andrae vocatum, memoria liquet ex Chronaca Caſſinenſi M.S. adſervata in Archivo S. Scholaſticae Monaſterii Caſſinenſium Sublaci, nècnon multa ibidem dicti Ordinis Monaſteria floruiſſe cum celeberrimis Eccleſiis, quibus variae donationes à Marſorum Comitibus factae leguntur, ex Leone Oſtienſe cum adnotat. Angeli de Nuce, & ex Phoebonio liquidò patet, apud quos plures donationes leges.

S. Hermes.

Supra montes autèm, qui Fucino circumſtat, praeſertim ſupra Lucum, Civitellam, & Morinum Rendinariae Oppidolum, de quo in Chron. Caſſin. libr. III. cap. XII. mentio habetur, ſitum eſt, ubi S. Hermetis Exorciſtae oſſa extant, qui ibidem in pace quieviſſe, ab Aveanen. hiſtor. Marſ. pag. 129. ſcriptum fuit. Prope vero enuuciata Oppida, Civitas de Antina pro Axantia poſita eſt, ut Plinius lib. III. cap. XII. his verbis, inquit, *Marſorum Anxantini*, licet quidam ex Plinii textu, haud Antinam, ſed Antinam nuncupaverit, qua de re Silius libr. VIII. caecinit.

Deſcendens Atina aberat, detritaque bellis &c.

Cum Vergilio lib. VII. Aeneid.

Quinque adeo magnae poſitis incudibus Urbes
Tela navant, Atina potens, Tiburque ſuperbum.

Primae namque, ideſt Civitatis Antinae, hodie tantum ejuſdem nominis Oppidum reperitur; Secundae verò, ideſt Atinae, parva Civitas nullius Dioeceſis in Latio adeſt, cujus hiſtoriam, nuper Fr. Bonaventura Taulerius, adhuc Neapolis vivens congeſſit; quae ſanè Civitas, ut dictus Auctor ſcripſit, S. Marci Galilaei illius primi Antiſtitis, SS. Nicandri, Piſicatri, Dariae, aliorumve Martyrum ſanguine purpurari meruit. Nuper vero ob mortem ab aliquibus nequiſſimis Viris Thomae de Marco, ulti-

ultimo Eccleſiae Praepoſito affectam, anno M DCXC VIII. die II. Aprilis ab Innocentio XII. Epiſcopo Aquinati ſubjecta eſt.

Ceterum ad Civitam de Antina, nunc ita vulgo vocitatam redeundo, iterque accipiendo à Luco Oppido, de quo alibi loquuti fuimus, cujuſdam Rupis inſcriptionem de quadam Maria Montana, forsàn ejuſdem Oppidi Patritia loquentem, non hic noſtra incuria omittendam, ſed ad operis eruditionem, & vetuſtatis teſtimonium inſerendam eſſe putavimus.

D. O. M.
MARIAE MONTANAE PAR.
PARENTI ERAT FACERE
FILIAM MORS
IMMATVRA FACIT VT
VIVERET INFELIX
PARENS VIXIT ANN.
XXII. VARIA ODYNE.
ET MOMTANVS POPVLI
ANTINANTIVM, ET CAET.

Quod ſane Oppidum à Livio libr. IV. nominatum, à Romanis Ann. U. C. CCC. XL VI. vi expugnatum, duos inter alios memorabiles hic attrito ordine, ut placuit inſertos habuit Viros, nimirum Raynaldum Filium, & Rubertum Patrem de Civita Antinae, qui Monaſterio Caſſinenſi multas ditiones largiti ſunt, quemadmodum Leo Oſtien. libr. III. cap. LX. voluit. Rurſus materiae inſiſtendo notare opus eſt, in Eccleſia Monialium S. Clarae, apud Pi-

Piſcinenſes Sancti Maximi Martyris brachium, Diocletiano Imperante detruncatum omnes venerari, hujuſve quolibet in anno feſtivitatem III. Kalend. Novembris coli. Ambages demum, ne in Sermonibus exiſtimemur, multa linquimus alia, quae vel vetuſtate collapſa, vel nobis ex monumentis Marſorum inſcia ſunt. Hoc enim probatur ex diuturnis marmoreis tabulis, quae fortuito compertae; Fabrimurariorum incuria aedificiis conferuntur. Ego autem, ut ingenuè fateor, omnia omitterem prò paucis dictarum antiquitatum notis.

S. Pelinus Brunduſinus.

Demum vero, ut libet denuò Corfinii Civitatem ſupra allatam reminiſci neceſſe videtur, ex quo ibidem Sanctus Pelinus Brunduſi Epiſcopus, qui etiam in Marſis quandoque degerat ſub Valentiniano Imp. teſte Hiſt. Marſ. pag. 34. Martyrii palma donatus fuit, quod etiam Andreas della Monaca, in opere prenotato – (Memoria hiſto rica della Città di Brindeſi lib. II. pag. 285.) expreſſit. Corfinium etenim dictis nunc erit addendum, inter caetera memorabilia, Trajano regnante floruiſſe, immo, ſub auſpiciis Sex. Cornelii Romani Conſulis emicaſſe, ut laudatus Author Marſus, & Fabrettus de Emiſſ. Fucin. marmorea haec verba afferendo, dixere.

SEX. CORNELIO
SEX. F. P. NEP. P. PRONEP. P.

AB-

ABNEPOTIS DOLOBELLAE METILIA
POMPEIO MARCELLINO III. VIR.
A. A. A. F. F. SALIO PALAT.
QVESTOR DIVI TRAIANI
PARTENICI SEVIR. EQVIT.
ROMAN. TVRIM. III. P. R.
COS. FLAM. QVIRIT.
CORFINIENSES PVB. PATRON.
P.

S. Romualdus.

Quidnam exinde dicemus de Viro Sancto, juſto, & undique divinae lucis fulgore coruſco, utpote qui multiplicibus micantibus radiis, ſive ex Verbi praedicatione, aut operatione Virtutum orbem ferè omnem illuſtravit? Talis planè extitit Vir Sanctus Romualdus Camaldulenſium Inſtitutor, prodiens, ut alter Joannes Baptiſta ex Eremo, lucerna ardens, & lucens, qui claras Ægypti Nitrias, atque Thebaidas Anachoretis fertiles in Italiam tranſtulit. Fuit iſte Ravennas è Nobiliſſima Ducum ſtirpe oriundus, qui Nuncium remittens ſaeculo in Claſſenſi Coenobio celebri prope Ravennam primo Monaſticum induit indumentum; ex quo factum eſt, ut admirandis progreſſibus Sanctitatis, ex Coenobio ad vitam tranſiens Anachoreticam, ita foecundus in prole Sanctorum fuerit, ut Occidentalem Eccleſiam Sanctis repleverit Anachoretis, quorum aliqui Apoſto-

ſtolatum ad Gentes meruere, & inſigni corona Martyrii decorari. Res ab eo praeclarè geſtae ſcriptae ſunt a Sancto Cardinali Petro Damiano Ravennate etiam tum vivente, ut a Baron. Annal. Eccleſ. tom. x. de Anno D. N. Jeſu Chriſti CMLXXIV. pag. mihi 827. refertur. Is quoque poſtquam in Galliam profectus fuit, ubi aliquantulum vixit, repetita Italia, Othonem Imp. III. a quo viſitatus erat, & cui proprium & miſerabilem lectulum ſternuerat, pro Tiburtinis, & Marſis, qui partes Saxoniae Ducis foverant, interceſſit, veniamque impetravit, exinde verò Thamnum Othoni Imperatori chariſſimum perjurii rerum ſaeculum deſerere jubet, teſte citato Baronio d. tom. x. pag. 905. & 906. ubi ſubjunxit, ipſum cum Germanis converſis ad Montem Caſſinum deinde properaſſe, equumque Buſclavini Slavorum Regis filii dono acceptum, aſino permutaſſe. Poſt denique multa ſanctiſſimè peracta, hoc inter caetera ad noſtram materiam, propoſitumque notandum, eundem videlicet in Marſis, praeſertim verò in Colle ad radices Montis Caſtelli S. Angeli nuncupati, ſolitudine allectum, moram aliquando traxiſſe, ibique ſui Inſtituti ſingulis Monachis domunculas, quas Cellas vocant conſtrui curaſſe in Phaeb. hiſt. Marſ. lib. III. pag. 203. ſatis ſuperque manifeſtum eſt; quicquid ſit, an locus, ubi S. Romualdus extitit, Pereus, & non Peretus verè fuerit, ut idem Baronius loco citato dixit; Poſtquam verò Camaldulenſes Monaſteria Cellae reliquerant, Rainaldus Marſo-

ſorum Comes, quem hic propter honorem inſero, Monaſterium Caſſinenſium Patrum donariis, & familiis ditatum, teſte Leon. in Chron. lib. II. cap. XXIII. aedificandum curavit. Quod exinde a Saracenis Italiam vaſtantibus, quorum exercitui Dux Joannes ex Nobili Mareriorum familia praeerat, teſte citato Authore, demolitum eſt.

S. Bernardinus Senenſis.

Ad poſteros etiam perveniet, quod Marſos ſemper illuſtres, teſte Anony. Chronic. Senenſ. pag. 13. Sanctus Bernardinus Senenſis ſuis concionibus, & praeſentia illuſtravit. Adſervatur etiam in Oppido Scurculae quoddam ſcamnum, ubi Sanctus quievit, in quo quidem ſedentes doloribus cruciati convaleſcunt. Per Marſos ipſe tranſiit, dum Vicarius Generalis erat, & Conventus viſitabat.

B. Felix a Cantalice.

Hic etiam in Conventu Cappuccinorum Celani, & Taleacotii aliquot diebus permanſit, ut communi fama volunt, & ex memoriis apud Religioſos itidem aſſervatis notum fit. De inſigni autem miraculo in Caſtello ejuſdem Terrae, ut legitur facto a Sanctiſſimo Euchariſtiae Sacramento, vide

Mannum hiſtor. ſelectar. cap. XLIV. & Hieronym. Beſcapem in ſacris Metamorph. cent. II. converſ. XVII. pag. 59.

CAPUT VII.

De Cardinalibus Marſis.

S. Berardus.

POſtquam ſupradictos reſcripſimus, Cardinales S. R. E. excipiendo, Berardum primo Berardi Marſorum Comitis Filium ſeligo, qui ſub Paſchal. II. Pontifice, Cardinalis titulo S. Angeli prius, & ſubinde S. Griſogoni, ac Marſorum Epiſcopus creatus fuit, anno MCX. ſicuti Ughellius infracitandus voluit. Is enim Eccleſiae ſibi commiſſae curam ſolertiſſimus geſſit, & Pauperum Pater, patrimonium & redditus Eccleſiae pauperibus erogavit. Dioeceſim ampliavit, & Sanctimoniam ab omnibus obſervari juſſit. Quum etiam is quadam die a Taleacotio diſceſſiſſet, & prope Celanum tranſiſſet, in via, quae Romana appellatur, in placie ſiſtens, ubi Quatranellae diverſorium eſt, ab itinere defeſſus in ingenti orbiculato lapide ſedens, illum ad reclinatoriae ſedis inſtar miraculosè redegit, ubi febribus, doloribuſque cruciatos ſedentes, convaleſcere ferunt. Et hic

eſt

eſt lapis S. Berardi, & non S. Orantis, ut quidam perperam dixere.

Morti autem Berardus proximus, obitus diem his verbis praedixit -- *In hoc futuro anno dicetis tertio nonas Novemb. erit obitus Berardi Marſicani Epiſcopi*, ut refert Ciaccon. to. 1. col. 926. & Ughell. Ital. Sacr. to. 1. col. 962. Dioeceſis quoque a Paſchale II. ſic diſcreta fuit, ut illius confirmationis ſequens diploma eſt, in quo appoſiti cernuntur deſcripti Marſorum confines, quemadmodum Ughellius loco citato retulit.

PASCHALIS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto Filio Berardo Marſicanae Eccleſiae Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendi in perpetuum, ſicut injuſtè petentibus nullus eſt tribuendus effectus; ſic legitimè deſiderantium non eſt differenda petitio. Tuis igitur, frater in Chriſto cariſſime, precibus annuentes ad perpetuam S. Matris Eccleſiae pacem, & ſtabilitatem, praeſentis decreti ſtabilitate ſancimus, ut univerſos Parochiae fines, ſicut a tuis anteceſſoribus uſque hodie poſſeſſae ſunt, ita omnino tam tibi, quàm ſucceſſoribus in perpetuum conſerventur, qui videlicet fines a Turri Feraria decurrunt in caput Corriti, inde per viam demerſam in Poſtella de Valle putrida ------ per terram Formellae, inde ad Molinum, intra quos fines quaecumque Oppida, quaecumque Plebs, quaecumque Eccleſiae &c. ſub tua, & tuorum Catholicorum ſucceſſore -------- per-

maneant, ut ex eis omnibus Epiſcopalia Vobis jura ſolvant, tam in Clericorum Ordinationibus, & Eccleſiae conſecrationibus, quàm in redditibus Decimarum, & oblationum, ſive in correctionibus delinquentium. Sanè illam Monachorum pravam praeſumptionem qua partim Epiſcoporum abſentia, partim eorum pertinacia in Marſorum finibus omnimodo inhibemus, ut nec Baptiſmata ulterius in Monaſteriis faciant, nec ad Infirmorum viſitationes clauſtris ſuis progredi audeant, nec ad poenitentiam injungendam populares perſonas admittant, nec ab Epiſcopo excommunicatos ad communionem, nec interdictos, ad Officia Sacra admittant. Porrò Eccleſiam Beatae Savinae Martyris Matricem ſemper haberi, ſicut hactenus habita eſt, & illic Epiſcopalem Sedem permanere decernimus &c.

Ego Paſchalis Catholicae Eccleſiae Epiſcopus. Datum Laterani V. Kal. Martii Ind. VII. Anno MCXV. Pont. Ann. XV.

Deinde etiam notandum eſt, in gratiam enunciati Berardi, Comitem Creſcentium Eccleſiae Tranſaquenſi multa bona donaſſe, cujus quidem donationis tenor ab Ughell. loc. cit. col. 976. relatus, ita ſe habet.

In Nomine Dei Summi, & Æterni. Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo, Vigeſimo, Indictione XIII. Anno Primo Domini Papae Caliſti, Undecimoque Domini Berardi Marſicani Epiſcopi. Ego Creſcentius Marſicanorum Comes, Filius bo. me. Berardi Comitis Marſicanorum rogatus a Lanulpho Filio Egerii, & noſtris Fidelibus, ut pro Redemptione & amore Dei, & Sanctorum Martyrum Ceſidii, & Rufini, & re-

dem-

demptione mea, & meorum parentum, & pro anima Federici fratris mei de meabereditate, & pertinentia dicti mei Comitatus, ſcilicet in Tranſaquana Terra Domus de cultu in plano, & in Monte ſpatium Terrae, ad ſolatium Clericorum dictae Eccleſiae Sancti Caeſidii Deo ſerviendo medietatem Vallis, quae dicitur Formentinus, cum Caſtaneis ibidem babentibus, & omnibus arboribus ibi conſiſtentibus, ut per medium dictae Vallis a capite uſque conſcendendo per montem berbarum, uſque grottas, quae dicitur Ceneopozza deſcendendo per Vallem de Candelis, & uſque ad planitiem, & inſuper de noſtra ſpontanea voluntate pro vobis, & noſtris baeredibus in perpetuum confirmamus, roboramus, & acceptamus, ac de novo damus, & tradimus praedictae Eccleſiae totum circuitum Caſtri Tranſaquarum, cum cortiliis in circuitu adjacentibus, ac redditibus debitis, & penſionibus Domorum, & bortalium tenimentorum, vel ſpatiorum pro quibus ſingulis poſſidentes in Caſtello Tranſaquano praedicto noſtro Progenitori, & Curiae ſingulis praeteritis temporibus pro quolibet Domo, poſſeſſione, vel borto ſolvebant, & ſolvere tenebantur, & nullus a ſolutione, & tributo pro Domibus ſpatiis, quae in jus in dicto Caſtello poſſidentur, & fructus babentur, tanquam propriorum noſtrorum Jurium, a qua praeſtatione liberam francamus noſtram babitationem Domini Landulpbi Saraceni Militis, & Collateralis noſtri, quae ſunt prope Portum Turris, & Palatii noſtri, in quibus Domibus, bortis, & ſpatiis in circuitu Caſtelli praedicti, nulli alteri, quàm canonicae praefatae Eccleſiae debeantur, & ſecundum Donationem prae-

praeſati D. Berardi Comitis, & Genitoris noſtri de Domibus aedificatis, & aedificandis, hortis, ſpatiis in circuitu praedicto praeſatae Eccleſiae, merum donativum habeat; Et promittimus vobis, pro nobis, & haeredibus noſtris in perpetuum praedicta omnia, omni tempore in futurum ſub fide & obligatione noſtrae donationis, & noſtrorum bonorum, & haeredum noſtrorum omnia praedicta defendere, & legitimè dictae Eccleſiae gubernare, itaut praeſatam Eccleſiam ex nunc praedicta omnia haereditario jure in aeternum libere poſſideat, ſine contradictione aliqua; Et ſi quis de hoc Jure, quod eſt praeſatae Eccleſiae per noſtrum praedictum Genitorem, & nos donatum, ut ſuperius legitur, minuere, & occupare, vel ſubtrahere praeſumpſerit, tanquam ex rebus ſacris, vel connexis dictae Sacrae Eccleſiae, tanquam ſacrilegus & excommunicatus judicio damnetur: Et ſi nos, noſtrique haeredes in aliquo magna vel parva perſona amore, vel odio, vel quovis modo, aliquo contra Jura dictae Eccleſiae litigii è contra inferre procuraverimus cum ſingulis, qui contra Jura praeſatam Eccleſiam, & jura ipſius praeſidium aliquod, & conſilium praeſtaret, in iram Dei incurramus, & ſinguli contra hoc quomodolibet tentantes excommunicati ſint, & cum Juda, & Caipha, Anna, & Pilato damnentur, & cum juſtis non ſcribantur, inſuper libras trecentas componant praeſatae Eccleſiae. Ego Creſcentius Marſicanorum Comes filius bo. mem. Berardi Marſicanorum Comitis, praeſente D. Berardo Epiſcopo Marſicano, & Vergeno Aprutii Apoſtolico Legato, Domino Joanne Abbate praeſato Eccleſiae, & Canonicis ſingulis tunc reſiden-

ſiden-

ſidentibus in dicta Eccleſia, ac noſtris militibus, videlicet D. Pandulpho de Vallata, D. Joanne de Fons, D. Landulpho Saraceno de Tranſaquis, D. Simeone de Agello, & D. Riccardo de Albe Militibus, & Conſiliariis, & Collateralibus noſtris omnibus praedictam excommunicationem ſacratam a nobis, & praedicto Domino Epiſcopo, & Apoſtolico Legato ante majus Altare dictae Eccleſiae S. Caeſidii, & reſponſum ab omnibus fuit Amen. Hanc cartulam quam obtulit de praemiſſis omnibus praefatus Comes inveſtivit. Et hoc actum, & ſcriptum in Tranſaquis a me Roberto de Caelano Notario, & Scriptore, mihi a praedicto D. Creſcentio Comite jubente, & rogante anno, menſe, die, & indictione praedictis, & meum ſignum conſuetum proprium feci.

Signum ✠ Roberti.

Signum ✠ manu praedicti Domini Comitis Creſcentii.

Signum ✠ manu D. Berardi Marſicanorum Epiſcopi, qui donationem, & excommunicationem ſacravit.

Signum ✠ manu D. Pandulphi, qui de praemiſſis fuit praeſens.

Signum ✠ manu D. Joannis de Fons, qui ad omnia praemiſſa praeſens fuit.

Signum ✠ manu D. Simonis, qui ad praemiſſa praeſens fuit.

Signum ✠ manu D. Riccardi, qui ad praedicta omnia rogatus fuit.

Berardus Marſorum Epiſcopus.

Po-

Poſtremò autem Berardus praedictus inter Sanctorum numerum adſcribitur, ut referunt citati Scriptores, necnon Ferrarius in' novo Cathal. Sanctor. par. 1. fol. 431. ſub die III. Nonas Novembris, ubi ſequentia leguntur verba. *In Marſis Sancti Berardi Epiſcopi*: Et poſtea ſequitur: *Marſi Populi ſunt Latii cum C. E. ejuſdem nominis ad Lacum Fucinum ſubmerſa:* (in hoc tamen corrigendus, quia ut alias diximus, Civitas Marſicana non fuit ab aquis ſubmerſa) *ubi nunc Piſcina in Aprutio a Sulmone* 12. *M. P. Berardi Comitis Marſorum Filius, fuit Paſcb. II. Pont. Max. Cardinalis, & Epiſcopus Marſorum creatus. Obiit anno ſalutis MCXXX. Corpus Piſcinae, una cum Vita M. S.* Ipſius etiam acta nuper typis Praeneſtinis data ſunt cum additionibus anno MDCCVIII. ſumptibus Conſtantini Groſſi de Piſcina, Civis Praeneſtini, ubi in fine patet, Sanctum hunc Cardinalem Conſecrationi Eccleſiae Praeneſtis adfuiſſe, ut patet ex inſcriptione in Cathedrali ejuſdem Civitatis hujus tenoris aſſervata.

Anno Dominicae Incarnationis
M. C. XVII. Menſe Decembris die XVI.
Dedicata eſt ſuperior Eccleſia
Et Altare S. Agabiti Martyr.
A D. Pap. Paſcb. II. Anno
Pontif. ejuſd. XIV. & caet. Interfuer.
Huic Dedicationi Maifredus
Tyburtinus Epūs, Berardus
Marſicanus Epūs Rom. Eccl. Card., & caet.

Vide

Vide Ciaccon. tom. 1. col. 925. & juxta impreſſ. Romanam anni 1630. tom. 1. colum. 446. Sancti etiam vitam materna lingua, etiam Phaebonius compoſuit; Item Ferdinandus Ughell. tom. 1. Ital. Sacr. column. 964. refert Epiſtolam quamdam illius vitam continentem, ad Venerabilem Praesbyterum Joannem Furatum miſſam, quae ſic incipit: *Reverendo Fratri & Conſacerdoti Joanni Furato, Joannes Signenſis Eccleſiae humilis Miniſter. Charitatis vigor, & virtus tanta eſſe aſſeritur, quod ejuſdem interventu non negatur, etiam quod dari non poſſe creditur &c.* Item ab citato Authore d. tom. 1. col. ſeq. alia referuntur verba, Prologum videlicet de vita enunciati Sancti tractantem, hoc exordio: *Scripturus Sancti Patris Vitam;* & deinde: *Patria igitur Marſus, Pater ejus Berardus, Mater Theodoſia ſemine magnorum Comitum Berardorum nutritus*. Sequitur exinde altera illius vita, quae incipit: *Berardus igitur Marſorum Comitum progenitus, quod de parte Patri ſuo ſibi aequivoco, cum aliis Caſtellis evenerat in Caſtello &c. pauperibus erogavit.*

Hunc ſanè Beatum Cardinalem, verum Eccleſiae Dei Cardinem, etſi Collis natum, è Celano tamen deſcendentem fuiſſe non ambigimus: liquidum enim eſt, quod alter Berardus ejuſdem Sancti Pater, Comes erat, atque Celanenſis Patritius, una cum Petro altero ipſius filio, ut ex confirmatione cujuſdam conceſſionis factae Eccleſiae S. Ceſidiis Tranſaqueſi, relatae per dictum Ughell. tom. 1. column. 978. planum eſt. *In nomine Domini Æterni Dei. Nos*

Comes Petrus de Celano q. Berardi Comitis Filius, & ea, quae ſequuntur, unde neutiquam nos Petrus Comes de Celano expreſſit, ſed quidem *Nos Comes Petrus de Celano*, ut demonſtravimus, eoque fortius, quia improprium erat, quod tam nobilis proſapia Collis inculti Oppidi, atque vix à rudis habitabilis diu moraretur, unde fortuitò id factum fuiſſe opinor, quod non de Celano Comitum priſcorum ſede, juxta Summont, hiſtor. Neapol. par. III, libr. v. pag. 333. dicendum eſt. Hoc etiam ſuperque probatur ex Carolo de Lellis in tract. de Familiis Nobil. Regni Neap. par. I. fol. 126. & 127. ubi quemdam Berardum è Comitibus Berardis, Celanenſem dixit, nam Comites iſti Celani reſidendo Filios ſuos, Celanenſes dicebant, qui dum alibi oriebantur, è Celano deſcendebant, unde ſicut Divus Thomas, Aquinas dictus, licèt in Arce Sicca ortus fuiſſet, & Sanctus Petrus Marſus natus in Arce Vegeti, fuit Carſeolanus vocatus, ita quoque Divus Berardus etſi Collis natus, Celanenſis tamen dici poteſt, unde idem Lell. dicto fol. 127. dixit — *Iſabella d'Aquino Figliuola di Franceſco Conte di Loreto, e di Cecca di Celano Figliuola del Conte di Celano*: Notatur enim ly *di Celano*. Vide pag. 129. 130. ubi: *Antonella fù moglie del Duca di Sora, Nicolò, & Antonella di Celano, per mezzo della quale, ſtima il Vincenti* (nell' Iſtor. della famigl. Cantelm.) *che entraſſe nè Cantelmi la Città di Sora*: & denique lege fol. 161. 214. ex quibus liquet, diverſum eſſe ſenſum lecturae N.

N.

N. v. g. Comitis Celani, quam N. N. Celani, Comitiſque Celani, ut in noſtra theſi.

Porrò illius Sancti Corpus, poſt multos annos in Eccleſia S. Savinae, jam olim ſepultum, deinde Piſcinam, ubi mox colitur, inque Eccleſiam de ſuo nomine nuncupatam translatum fuit, eſt tamen in Voto Epiſcopus Marſicanus, illud transferendi in Eccleſiam Cathedralem Piſcinenſem, digniorem, atque magnificentiorem praedicto Templo, ubi aſſervatur: Quidam etiam de ipſo caecinit.

Oſtendit mores Paulus, mentique vigores
Hujus Berardi Corpore mente Pii.

Caeteras autem Bullas, ſive Apoſtolicas literas, olim ad Marſicanos Antiſtites directas, videre qui optat (nimirum Gregorii IX. de anno 1236. & Honorii IV., qui in favorem cujuſdam Jacobi Celani Praepoſiti, qui olim una cum Clero Celanenſi, Marſorum Epiſcopos ex indultu eligebant, ut tradit Ughell. tom. 1. col. 981. & ſeq.) eundem Authorem d. tom. 1. adſpicere opus erit.

Adenulphus, & Joannes Marſi.

Quoſdam exinde S. R. E. alios Cardinales reſcribimus, qui ſub Marſorum nomine exprimuntur, ac ibidem auram vitalem hauſerunt. Quippe verò ipſos, alioſque etiam Antiſtites, ſub dicto nomine, & abſque cognomine recitamus, quum hi teſte Diacon. adden. ad Leon. in Chron. Caſſin. n. 453.

fol. 84. priſcis temporibus, non a gente, & familia, ſed a Patria denominarentur, quia non adhuc cognomina, ut mox inducta, vel ſaltem non ita frequenter erant; unde vel a proprio Solo, vel a rebus geſtis cognomen, nomenque ducebat; hinc Scipio, ob res in Africa geſtas, Africanus dictus eſt, & ſic de aliis; quibus ſanè praemiſſis, ſunt hic notandi primo, Adenulphus Cardinalis Marſus, & deinde Joannes Marſicanus Epiſcopus, & Cardinalis ab Urbano II. creatus. Joannes autem ex Comitibus Marſorum oriundus, filiuſque Borrelli Majoris, & Rutae Comitum Petraeabundantis, teſte Petro Diacono ibidem, Synodo Vaſtallenſi interfuit. Quoniam verò Henricus Imperator Urbanum in Carcerem conjecerat; ipſe ad Urbem confugiens, Populum Romanum oratione contra Imperatorem luculenta ad arma concitavit, ut Papae injurias ulciſceretur. Obiit ſub eodem Pontifice, ut tradit Ciacconius de Urbano II. tom. 1. col. mihi 886.

Leo Marſicanus.

Leo Marſus, ſive Marſicanus, communiter dictus Oſtienſis, ob Epiſcopatum Oſtienſem adeptum, a Paſchale II. anno poſt Chriſtum natum MCI. pro maxima ſui ingenii faecunditate, virtute, ſcientia, & probitate, purpura decoratus eſt. Eundem verò, qui prius Monachus fuerat Caſſinas, in Marſorum Solo ortum fuiſſe certum eſt; hinc Abbas de

Nu-

Nuce, ac Petrus Diaconus adden. ad ipſum Leonem in Chron. Caſſin. fol. 85. in Prolog. n. 454. ubi de Marſis mentio fit, ita dixere -- *Leo itaque noſter in Marſia* (pro Marſis) *natus, cujus gentis fuerit non liquet. Apud Ciacconium in Vitis Pontificum Leoni noſtro, eadem gentilitia inſignia aſpiciuntur, quae Cardinalibus ex Comitibus Marſorum oriundis. Recentiorum tamen conjecturae nullo veterum Teſtimonio innixe aſſentiri vereor cum maximè velim. Ex illuſtri tamen familia natum non dubito. Decimum quartum aetatis annum vix egreſſus, Monachum induit Caſſini, & Aldemarium Magiſtrum habuit &c.* Teſtes etiam ſunt Baron. Annal. tom. 11. ſub anno 1059. & 1077., nec non alii citandi Authores. Interfuit multis Conciliis, Aramque maximam in Eccleſia S. Laurentii in Lucina de Urbe, cujus Titularis erat die xv. Octobris anno MCXII. conſecravit, multorumque Sanctorum reliquias ibidem condidit, ut ex Tabula marmorea, quae in eodem aſſervatur Templo liquet.

ANNO DOM. MCXII. INDICT. V.
KALEND. FEBRVARII DICATVM EST
HOC ALTARE PER MANVS LEONIS
HOSTIENSIS EPISCOPI. RELIQVIAE
SANCTORVM MARTYRVM IN HOC
VENERABILI LOCO HAE RECONDITAE
SVNT S. CORNELII PAPAE, S. DIONYSII
PAPAE &c.

Quae ſiquidem verba referuntur, una cum ejuſdem

dem Cardinalis hiſtoria, a d. Ciacconio in Vit. Paſch. II. d. tom 1. pag. 907. Meminit ejuſdem etiam Morerius in ſuo Magno Dictionario hiſt. tom. III. lit. L. pag. 396. his maternis verbis. *Leon, ou Leo, Marſicanus eſt connû ſours le nom de Leo d'Oſtienſis etoit natif de Marſe Ville d'Italie il pris l'habit de Religieux de Saint Bennôit dans le famux Monaſtere du Mont Caſſin, & enſuite le Pape Paſchal II. le crea Cardinal & Evêché d'Oſtie, ce qui eſt confirmé per Ciacconius.* Typis quoque ejuſdem editae ſunt Chronicae Caſſinenſes in folio, quae pluries a diverſis Typographis luci commiſſae, literatis compertiſſimae ſunt. Item alia plura ſcripſit, uti legere eſt in Athenaeo Romano Auguſtini Oldoini pag. 460. Obiit poſtremo bonitate, ac laboribus, ſcientiarum clarus, teſte Petro Diacono loco citato II. Kal. Julii MCXII.

Benedictus, Amatus, Theodinus, & alii Cardinales Marſi.

Aſt caeteri nec defuere, quos Marſorum Regio Purpuratos habuit, quorum nomina expeditè in Catalog. Phaebonius lib. 1. cap. XI. pag. 57. reportavit, ita dicendo: *Sat ſit nobis nomina enunciaſſe*: Unde multos labores in his, quaſi memoriae peremptis, quum vetuſtas majora obruerit, ſuſtinere debuimus: Hi fuere Benedictus Decimuſoctavus Caſſinenſis Abbas, qui in Monaſterio hujus Religionis

in

in oppido Luci, ubi mox Eccleſia S. Mariae ſita eſt a pueritia inſtruebatur. Is verò an Luci, vel alibi (intra Marſos tamen) naſceretur, incertum eſt. Amatus item a Benedicto IX., & Theodinus ab Alexandro II. creati, in faſtis modernis Cardinal. Auctore Palatio tom. I. col. 119. habentur; Alter verò Theodinus Berardi Marſorum Comitis filius, haud Natione Campanus, ſed Marſus ex Monacho Caſſinenſi, Cardinalis fit, qui exinde ſuorum natalium immemor, & Benefactori ingratiſſimus, ſchiſmaticis ſe adjunxit; propterea purpura expoliatus obiit. Teſtes ſunt Benno in Vita Hiltebrandi, & Leo Hoſtienſis lib. III. cap. XXVI. D. Oderiſius filius Creſcentii Marſorum Comitis, & Marſus, eo quia omnes hi Comites ibidem ſiſtebant, ex Monacho & Abbate S. Joannis, aut S. Mariae de Venere (mox diruto Oppido apud Marſos ſito) Vir pietate & doctrina celebris, Diaconus Cardinalis ab Alexandro III. Pontifice anno MCLXIII. electus eſt. De ejus praeſtantia plura in monumentis antiquis familiae Marſorum, & apud praefatum auctorem in faſtis Cardinalium tom. I. col. 331. expreſſa ſunt, ubi etiam habetur, quod poſt mortem in dicta Eccleſia de Venere, hoc verſu Tumulo datus fuit.

D.

D. ODERISIVS S. R. E. DIAC. CARDINALIS ANNO MCLXIII.

Oderiſium alterum ex Comitibus Marſorum natum, Patria quoque Marſicana adſerimus, qui etiam Caſſinas Monachus factus, Diaconus Cardinalis S. Agathae in Suburra, tum Presbyter S. Marcelli ſub Nicolao II. Pontifice creatus eſt. Is enim ex Arnoldo Wione plura maximè vincta Oratione, quae deperdita ſunt, ſcripſit: Apud tamen Mattheum Laurentium hujuſce epiſtolam legimus, de inventione Corporum Sanctorum Benedicti, & Scholaſticae; viden. P. Auguſtinus Oldoinus in ſuo Atheneo Romano pag. 514. Obiit idem Oderiſius anno MCV. juxta Camillum Pellegrinum Juniorem in ſerie Abbatum Caſſinenſium, quae collecta eſt cum hiſtoria Longobardorum pag. 59. uſque ad 62. Vide quoque Petrum Diaconum de Viris Illuſtribus Sacri Caſſinenſis Archiſterii cap. XXVIII. pag. 71., quanvis ibidem Campanus fiat, filius tamen Marſorum Comitis, qui omnes referuntur a Leonardo Nicodemo adden. ad Toppium in Biblioth. Neap. fol. 188. Ultra ſupradictum Leonem Marſicanum, alter Leo Marſicanus, in recentioribus Faſtis Cardinalium praecitati Auctoris tom. 1. col. 119. habetur, qui S. R. E., titulo S. Vitalis Martyris, literis, & eloquentia inſignis fuit, & donatus Purpura ab Urbano II. Pont. cujus nomine plures ſcripſit Epiſtolas teſte Oldoino in laudato Athenaeo Romano pag. 460., & citat. Faſtis d. col. 119. Raynaldus etiam ex Comitibus Mar-

Marſorum, breviſſimè in d. Faſt. tom. 1. col. 192. adnotatur. Raynaldus alter, cognomine Calamentanus, Marſus ab Innoc. ſecundo promotus, apud Ciaccon. tom. 1. col. 998., & Marcum Antonium Scipionem Placentinum in Elogiis Abbat. Caſſin. nu. 47. refertur, ubi plura de tanto Viro legere haud pigeat.

Roſcemanus, & alii Cardinales Marſi.

Roſcemanus etiam Marſus a Paſchal. II. titulo S. Georgii ad Velabrum, Cardinalis, ex Comitibus Marſorum creatus eſt, Ciaccon. tom. 1. col. 922. Is enim humanarum rerum cultura ſolutus, ſeſe inter Coenobiarchas Caſſinenſes abſcondidit, Fulcone Beneventano in Chron. teſte. Adfuit Concilio Vaſtallenſi anno MCVI., ſuffragatus eſt in creatione Gelaſii II., huncque ab Urbe profugum, ſequutus eſt ad Monachos Cluniacenſes, quo mortuo Comitiis interfuit Cluniaci habitis pro exaltatione Caliſti II., cum quo in Italiam rediit, & diem obiit ſupremum poſt annum MCXXIII. apud Italiam Sacr. to. IV. col. 1182. & in dictis Faſtis Card. to. 1. col. 150. Sanctus Balduinus ab Innoc. II. Cardinalis creatus, a Phaebonio hiſt. Marſor. lib. 1. cap. XI. relatus, necnon in Additionibus Ciacconianis nominatus tom. 1. col. 982. ex Ughello, atque Ferrario in Catalogo Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano, anno MCXI.

P de-

defunctus, in Eccleſia Reatina ſepultus die decima Auguſti colitur.

Joannes de Pontibus.

Joannes hic, teſte Ciacconio tom. II. col. 901., non ex Comitibus Taleacotii, ut quidam perperam voluere, ſed revera de Pontibus Patria Curcumelienſe natus eſt. Curcumellum enim Oppidum eſt ſupra Marſorum planiciem Taleacotium verſus, poſitum octo ferè M. P. ab ipſo diſtans: Adoleſcens itaque Romam miſſus, virtute Clarus, Archiepiſcopatum Tarentinum multos poſt annos meruit adipiſci. Sic decoratus in Concilio Florentino, Presbyter Cardinalis Sanctorum Nerei, & Achillei, Faſciolae, ab Eugenio IV. promotus fuit. Jam Nuncius in Germaniam ad gentes illas neutrales Pontificem ſectantes, Amadei Schiſmate vigente reducendas, nec non ad Synodum Baſileae congregatam, ubi doctè pluries pro Papa peroravit defendendam, miſſus erat. Mox Legatus ad Regnum Neapolitanum, pro pace inter Alphonſum Aragonum Regem, & Andegavenſem Comitem, concilianda munere ſuo egregiè functus eſt: Vir ſiquidem diligentia praeſtans, & authoritate, quae ipſum ad Summi Pontificatus apicem, ſi diù vixiſſet, glorioſè aſcenſurum indicabat: Sacri Collegii Decanus, Comitiis Nicolai V. praefuit, fuit major Poenitentiarius, Epiſcopatum Praeneſtinum habuit, praefuitque etiam Eccleſiae

Le-

Legionenſi, & Aurienſi, ac Patronus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, maximo apud omnes ſui ipſius nominis teſtimonio relicto, è vita migravit Romae die XXI. Januarii, non anno MCDXLVIII., ſed ex tumuli veriori inſcriptione anno MCDLIX., inque Urbis Templo S. Auguſtini hiſce notis noviſſimum expectat diem.

Felices Animas inter micat iſte Joannes
Qui Taliacotiae gloria gentis erat.
Qui Tarentinus Paſtor, qui Cardeus heros
Praeneſtinus item, flentibus aſtra dabat.
Obiit MCD XLIX. XXI. Januarii.

Ex qua inſcriptione, haud deduci valet ipſum Taleacotianum fuiſſe, nam ſicuti Taleacotium eſt caput illius ſtatus, ſub quo Corcumellum eſt, inſcriptionis Author erroneè, ſi infraſcriptis credimus, eundem Taleacotii ortum fecit; Veritas enim eſt, adverſus aliquos a Ciacconio loc. citat. relatos, Curcumellum illius Patriam fuiſſe, ut Andreas Victorellius adden. ad d. Ciaccon. pag. 901. his verbis, inquit -- *quidam per Ciacconium relati, ex Comitibus Taleacotii, quod eſt Oppidum Aprutii è ruinis veterum Oppidorum Marſorum excitatum, teſte Volaterrano, prope lacum Fucinum Joannem hunc faciunt, & Filium Raynaldi Urſini Comitis Taleacotii nominant; nos tamen ex monumentis antiquis, quae noſtris bujuſce temporibus ſervantur, apud Vetulos heredes familiae de Pontibus errorem deteximus. Extat quoque hodie pluribus in locis in Oppido Curcumelli Domus hujuſce Cardinalis tum coloribus,*

tum ſaxo inciſa Joannis Cardinalis Inſignia ; Nepotem Cardinalis hic habuit Joannem Baptiſtam de Pontibus Epiſcopum Bitontinum ; cujus ſtemmata eadem in Domo cernuntur, quae Patruus geſſerat ; qui unicam ex familia neptam haeredem inſtituit, nuptuique dedit cuidam adoleſcentulo familiae Vetulorum in eadem Provincia -- quae ſiquidem familia, etſi olim anno MCL. Gentilem Vetulum haberet Oppidorum aliquot Baronem, ut fuſius in Marſor. hiſtor. lib. III. cap. V. legitur, hodie tamen Dominio caret. Inſignia autem, de quibus loquebamur, referuntur ab eodem Victorellio adden. ad Ciaccon. d. pag. 901.

Caeſar Baronius.

De Portia ex Nobili, nunc extincta, Phaebonia ſtirpe, Avezani in Marſis orta, quia Caeſarem Baronium Cardinalem peperit ; mentionem facere, necnon Caeſarem hic inſerere arbitramur, ea ratione, quia hic è Matre Marſa ortus eſt.

Quod autem ex Camillo Baronio honeſto Viro Sorano, & ex Portia praedicta Caeſar naſceretur, teſtis eſt M. Phaebonius hiſt. Marſ. lib. I. cap. XI. pag. 57. ibi -- *Eminentiſs. Caeſar Baronius unum Materno noſtro genere ex Portia Phaebonia laudatiſſima foemina natus.*

Item Morerius in ſuo Diction. hiſtor. tom. I. lit. B. pag. 359. *où il nacquit le* 30. *Octobre de l'an* 1538. *de Camillo Baronio, & de Porcia Phebonia.* Quod

etiam

etiam liquidò in Hieronymo Bernabeo, qui egregiè ſcripſit vitam Cardinalis Baronii, patet, necnon in Ciacconio to. iv. col. 300., immò dicit etiam hic, quod eidem Caeſari jam infanti morbo affecto, Advena quidam, quem nonnulli Angelum ſub Peregrini ſpecie latitantem exiſtimarunt, crucem in facie faciendo, ita dixiſſet -- *In ejus curam diligenter incumbite, ut puer optimè educetur; Magnus enim Vir erit in Eccleſia Dei*: quam ob rem is a pueritia caelibatui dicatus, non ſine Genitoris laetitia, etiam adoleſcens morum candore expolitus, gemina incenſus face religionis, & ſcientiae, ad Verulanam Urbem primò, mox Neapolim, demum Romam miſſus eſt, ubi Caeſaris Coſta adjutorio, qui Capuanae Eccleſiae praefuit, Doctoratus laurea inſignitus, Sanctum Philippum Nerium Congregationis Oratorii Auctorem, Spiritualis vitae Magiſtrum nactus, in ſui correctione, & Omnipotentis amore multum profecit: Quam primum enim licuit, ſacros ſuſcepit Ordines, & Eccleſiaſticae Militiae ſe verè adſcripſit, quo in ſtatu multa fecit, quae ab citato Authore explanantur, & inter caetera in luſtrandis Xenodochiis, novem annorum ſpatio pertinax fuit: unde Sancto Philippo Nerio ob id apprimè carus fuiſſe, in ejuſdem Sancti Vita Auctori videtur. Illius etiam intuitu Annales compoſuit. Anno quoque M D LXXX. qnum aliquando de more in Eccleſia confeſſiones audiret, vidit in ſpiritu Matris Animam ad Superos in Patria evolantem: quare Ciacconio loc. citat fatente, non multo

to poſt Epitaphium hujuſmodi marmori inſculptum ſepulchro illius in Patria, imponendum curavit.

D. O. M.
PORTIAE PHAEBONIAE
MVLIERI RELIGIOSISSIMAE
PAVPERVM MATRI
CVI VIVERE CHRISTVS
ET MORI LVCRVM FVIT
CAMILLVS BARONIVS CONIVX
ET CAESAR FILIVS
OB VIRTVTVM MERITA
POSVERE. LICET EXIGVA
AMPLIORA MERENTI
OBDORMIVIT IN DOMINO
OCT. KAL. AVG. AN. DñI
MDLXXX.
CVM IMPLESSET
AD HORAM VSQVE
ANNVM SVAE AETATIS
LXV.

Et in Atrio Eccleſiae Collegiatae Tranſaquarum Marſorum, hanc etiam comperimus.

CAESARI BARONIO SORANO
S. R. E. PRAESBYT. CARD.
HINC EX MATERNO
ORIGINE ORIVNDO.

Quippe per ly *Hinc*, intelligitur origo a Dioeceſi, & non a Tranſaquis, aliter hoc verbum eſſet improprium, quum, ut alias diximus, Baronii mater non

non de Tranſaquis, ſed de Avezano fuerit. Rurſus Sepulchrum illius Amitae, in S. Silviae Sacello, prope Eccleſiam S. Gregorii in Monte Caelio Urbis, hac inſcriptione erexit.

MARTIAE BARONIAE
VIDVAE RELIGIOSISS.
AMITAE SVAE
CAESAR BARONIVS
PRAESBYT. CARD. POSVIT
VIXIT ANNOS LXXXIII.
OBIIT KALEND. DECEMB.
ANNO DñI MDCV.

Martia quae dicor tres hortos . . . ſubegi
Non obii, ut peterem, praemia aeterna abii.

Ultra Annales praedictos in duodecim tomos diſcretos, quorum primus ab Adventu Domini, ducitur uſque ad Trajani Imperatoris initium, & complectitur annos c. Secundus ab Exordio Trajani uſque ad Imperium Conſtantini, complectitur annos cc v. Tertius ab Imperio Conſtantini perducitur ad illius obitum, complectitur annos lxvi. Quartus ab Imperio Juliani Apoſtatae perducitur uſque ad obitum Theodoſii, continet annos xxxiv. Quintus ab Anno Chriſti ccc lxv. perveniens uſque ad cccc xl. continet annos xxxxv. Sextus incipiens ab anno cdxi. pervenit uſque ad dxviii. continet annos lxxviii. Septimus ab Anno dxviii. perducitur uſque ad annum d xc. continet annos lxxiii. Octavus ab anno d xc. perveniens uſque ad dccxiv. con-

continet annos C XXIV. Nonus ab Anno DCCXIV. perveniens uſque ad DCCCXLII. continet annos CXXVIII. Decimus ab Anno DCCCXLIII. perducitur ad annum M. incluſivè, continet annos CLVIII. Undecimus ab Anno MI. perducitur ad annum MXCIX. incluſivè, continet annos XCIX. Duodecimus ab anno MC. perducitur ad Annum MCXCVIII. continet annos XCVIII. Ultra hos, inquam, ſcripſit etiam adnotationes ad Martyrologium Romanum, quae Annalibus occaſionem dedere. Paraeneticam quoque Epiſtolam ad Rempublicam Venetam Typis evulgavit, necnon alia plura videnda apud Oldoinum in Athenaeo Romano pag. 152.

Quare Purpuram a Clemente VIII. ipſi deſtinatam, etſi pluries renueret, ſub cenſurarum tamen fulmine a Pontifice coactus, titulo Sanctorum Nerei, & Achillei Cardinalis factus eſt. Ad hanc ſanè dignitatem adſcitus, tanta animi dimiſſione fuit, ut nunquam reliqueret, neque abjecerit obedientiam, quam Rectori Congregationis Oratorii ſuae praeſtiterat, neque depoſuerit clavem Cubiculi ſui. Multoties Pontifici inſtantias fecit, ut ipſum priſtinae conditioni reſtitueret; quod Poeta quidam relatus inter Prolegomena tom. I. Annal. occinuit.

Is etiam Vaticanae Typographiae edendis SS. Patribus inſtitutae, necnon Apoſtolicae Bibliothecae praefuit; Puerorum, quos Literatos, nunc in hoſpitio S. Michaelis Tranſtyberim exiſtentes, ac Puellarum, quas Diſperſas dicunt, patrocinium ſuſce-

ſcepit; has & illos continuo ſubſidio juvit: Ædem propriae Titularis Eccleſiae, in qua ſuum ſtemma, etiam per Ciacconium loco citato relatum, poſuit; vetuſtate collapſum reſtituit, ibique Sanctarum Flaviae, & Domitillae Oſſa, ex Templo S. Adriani translata etiam poſuit, & S. Gregorii Magni Baſilicam, cujus erat Abbas, hac inſcriptione ornavit.

S. GREGORIO MAGNO PAPAE
ET ECCLESIAE DOCTORI PATRONO SVO
CAESAR BARONIVS
TIT. SS. MM. NEREI ET ACHILLEI
S. R. E. PRAESBYTER CARD.
LOCORVM ANTIQVITATE RESTITVTA
SACRAM STATVAM POSVIT
ET POPVLO FIDO
VENERANDVM PROPOSVIT
CLEMEN. VIII. PONT. MAX.
ANNO MDCII.

Conventum Cappuccinorum in Patrio Solo poſuit, rem divinam continuò faciebat: aſſiduas eleemoſynas Pauperibus erogabat, Xenodochia, & Infirmos viſitabat, pedeſque Peregrinis, Sancta Hebdomada in Oſpitali Urbis Sanctiſſimae Trinitatis Peregrinorum, lavabat: Et denique etiam febri correptus, antequam decumberet, nocte quadam per ſomnium viſus eſt, ſibi aſpicere manum parieti numerum ſcribentem 69. Unde ille: *Scio*, ait, *Domine quid praemonſtres: numerum ſcribis annorum meorum, praeſtolor adventum tuum*. Quare palam circumſtanti-

bus dixit, ſe anno illo ex humanis abiturum; ſed morbo invaleſcente, quum nemo mortale periculum eidem oſtenderet, domeſticis ipſemet dixit: *Ne vereamini mortem mihi annunciare, illam non timeo*. Muniit proinde animam ſuam Sacramentis, & Jeſus nomine pluries repetito, Romae è vivis exceſſit, & in Ædibus Congregationis Oratorii Sabatho pridie Kal. Julii Anno Salutis MDCVII. in eadem Eccleſia Vallicellana ſepultus eſt, cum hac Inſcriptione, ſibi & Venerabili Viro Franciſco Mariae Cardinali Tauruſio, qui viventes ſeſe amarunt communi, relata a Ciacconio d. tom. IV. column. 303. & 304.

D. O. M.

FRANCISCO MARIAE TAVRVSIO POLITIANO

CAESARI BARONIO SORANO

EX CONGREGATIONE ORATORII

S. R. E. PRAESBYT. CARDINALIBVS

NE CVRPORA DISIVNGERENTVR IN MORTE

QVORVM ANIMI

DIVINIS VIRTVTIBVS INSIGNES

IN VITA CONIVNCTISSIMI FVERANT

EADEM CONGREGATIO

VNVM VTRIQVE MONVMENTVM

POSVIT

TAVRVSIVS VIXIT ANNOS LXXXII.

MENSES IX. DIES XIV.

OBIIT III. IDVS IVNII MDCVIII.

BA-

BARONIUS VIXIT ANNOS LXIX.
MENSES VIII.
OBIIT PRIDIE KAL. IULII
MDCVII.

Julius Mazzarinus.

Alterum Cardinalem Julium Mazzarinum, Orbi compertum adſerimus, qui Petri, & Hortenſiae Buſalinae Tiſernatis Patritiae filius, ſub die XIV. Julii Anno MDCII. Piſcinae nunc Epiſcopi Marſicani Sedis natus eſt, quia ibidem Abbas Buſalinus Julii Avunculus, Columnenſium nobilis Aulicus pingui Sacerdotio fruebatur, ut dixere, Julius Antonius Coſta in hiſtoria familiae Mazzarinae, necnon Auctor libri Inſcripti -- Raccolta di diverſe memorie per ſcriver la Vita del Cardinal Giulio Mazzarini, & Michael Juſtinianus par. 1. Scriptor. Ligur. fol. 469. Toppius autem in Bibliot. Neap. fol. 163. Julium Avezzanenſem in Marſis dixit. Is autem Petrus Panormi natus, genus è Liguria ducebat ſuum. Aſt Julii ortum duo celebre, ut ferunt, reddidere, nam in vitam haud nudus, ut caeteri homines introivit, ſed tunica quadam, quaſi veſte circumdatus, & cum duobus in ore dentibus, itaut, alter Marcus Curius dentatus dici poterat. Romae in Collegio Romano adoleſcens ſtuduit, ubi ingenio ſummo praeditus, citò ſe expediit, anno decimoſexto aetatis, publicas Philoſophiae quaeſtiones,

cum adſtantium admiratione, ſuſtinuit. Anno decimo ſeptimo exinde, cum Hieronymo Columna, poſtea Cardinali, Hiſpaniam profectus, in Accademia Complutenſi incubuit.

Hoc igitur in ſtatu, Alexander Julii Frater, habitu ſuſcepto Ordinis Praedicatorum, ſuis prorſus invitis doctus Magiſter, & Concionator micavit, qui exinde Julii Fratris cura, Cardinalis factus eſt cum Franciſco Maria Mancino illius Sororis affine, pariter praedicti induſtria Purpura donato. Rurſus accuſato illius Patre de homicidio, in hiſce anguſtiis Julius ex Hiſpania diſceſſit, Romamque petiit, ubi Parentem a capitali poena & delicto exemit, hinc miles fit, ſed militia relicta, literis iterum operam praeſtat, deinde verò ob paces in Italia initas, aliaque maxima, Jam a multis relata, ab Urbano VIII. inſtante Galliarum Rege Ludovico XIII. in Gallia manens, Cardinalis factus eſt, die XVI. Decembris Anno MDCXLI. E' Gallia tamen Cardinalis factus, minimè diſceſſit, ob Cardinalis Armandi Richelieu languores, cujus curae, uti etiam regiis negociis aſſiſtebat; ſed morbo oppreſſus, Cardinalis Richelieu die IV. Decembris Anni MDCXLII. è vivis abiit, unde Rex in hujus defuncti locum, alterum Purpuratum, quia ſeligere debebat, Julium Mazzarinum excepit, quem Rege volente, Delphinum è Sacro Fonte cum Principe Condeja ſuſcepiſſe fertur. Rex autem morti proximus, Mazzarinum Cardinalem unum ex illis nominavit, qui poſt ejus mortem mino-

ris

ris Filii curam haberet, & Reginae Tutricis Conſiliarium promulgaret. Mortuus eſt Rex die xiv. Maii Anni mdcxliii. & Cardinalis Mazzarinus cito multa ad Regni augumentum agit, Pacem illius Regni in tuto ponit, Arma in hoſtes promovet, Alemaniae pacem quaeſtuoſam Galliis concludit, Italicam firmat, & ſummo ſtudio politicam, quae deinde in publicam lucem emiſſa eſt ſub hoc titulo: *Breviarium Politicorum*, Regem docuit, caeteraque magna fecit, quae referuntur in ejus Vita ſcripta a Comite Galeatio Gualdo Prioratu, in duos libros, & a Baudrand. in Geograph. lit. M. a Laurent. Craſs. in lib. Duc. Illuſtr. fol. 335., & ab aliis; quibus deinde peractis è Vita migravit die ix. Martii Anno ſalutis mdclxi. aetatis ſuae lviii. menſ. vii. die xxii. poſt obitum Cardinalis Richelieu anno xviii. menſ. iii. die v. Vir ſiquidem magnanimitate, munificentia, doctrina, in adverſis firmitate animi, rerum geſtarum gloria, ac felicitate ſummopere praeditus, itaut ſi quidam in Funere, Italiae decus, Europaeque ornamentum appellavit, nos etiam ipſum Marſorum gloriam Piſcinae Marſicanae vitalem auram hauſum, jure merito praedicamus. Quae ſanè ad Marſorum gentis honorem nobis enaraſſe ſufficiant, caetera his relinquendo, qui illius Vitam, geſtaque texere.

In Urbe demum, & in Eccleſia Sanctorum Vincentii, & Anaſtaſii in Trivio, ad radices Quirinalis, eo tempore Fratrum Sancti Hieronymi Feſula-

Digitized by Google

ſulanae Congregationis ; illis extinctis à Clemente IX., & ab ejus ſucceſſore Clemente X., Clericis Minoribus Regularibus attributa, propter plura Emblemata, atque funeraea Elogia, quae adhuc ſervantur in Coenaculo aeſtivo dictorum Patrum; Ipſi honoraria Tabula hoc Elogio poſita fuit ; neque hic omittendum eſt, quod in eadem Eccleſia in funere praefati Cardinalis, peroravit Eruditiſſimus Pater Leo Carmelita, qui verè de illius Geſtis dicere poterat; Inopem me copia fecit &c.

D. O. M.

IVLIVS MAZZARINVS

Virtute, & Purpura Illuſtris, Urbem, & Orbem illuſtraturus Vita primordia ſupra aetatem illuſtravit. In Juventute militiae adſcriptus, Immortalitati nomen adſcripſit. Adbuc Puber Pater Pacis ſub Caſale Caſtris ab Urbano VIII. ad publicas curas vocatus, in omnibus prodigioſo Ingenio clarus, & Carus omnibus, inde Chriſtianiſſimo Rege commendante, Apoſtolico aggregatus Collegio, Armandi Cardinalis Richieleu amorem ab aextimatione adeptus, dignor meruit judicari ſucceſſor Ludovici XIII. propenſione, & electione Gallici Imperii deſignatus moderator ; Regnaturi Infantis è ſacris undis ſuſceptor, Regiaeque Soboli, Reginaeque Tutricis Imperio Conſiliarius, quo in munere dicendum nunquam ſatis. Ludovici XIV. eximia dilectione, ac extimatione, eximiis ornatus bonoribus. Tandem Chriſtianae Reipubl. pace donata, Regnique firmata conjugio, ad ſummum gloriae culmen evectus, Primariis Europae

ropae Principibus affinitate conjunctus, in proſperis, in adverſis, & in morte triumphans; Omnia ſua praeconia hoc uno concluſit.

Deo inſerviſſe, & Regi.

Familiae verò quibus erat affinis, referuntur a Ciacconio col. 615. ubi dicit etiam, quod is fuit Abbas Commendatarius S. Arnulphi, S. Clementis, & S. Vincentii Metis, S. Dionyſii in Francia, Cluniaci, S. Victoris Maſſileanſis, S. Medardi Sueſſionenſis, S. Petri Corberiae, S. Luciani Bellovacenſis, S. Martini Lauduni Moiſſiaci, S. Taurini Ebroicenſis, S. Michaelis in Eremo, aliorumque Monaſteriorum in Gallia. Maximum aſſem reliquit, de quo Morerius in Diction. Gallic. litt. M. & caeteri relati per ſupradictum Authorem, loquuti ſunt. Stemma quoque refertur ab cit. Ciaccon. una cum multis Epitaphiis, licet hos verſiculos relatos in Pallade Purpurata, per Hannibalem Adamum Societatis Jeſu, omittere noluimus.

Sydera tolle tuo de ſtemmate dixit, Jule
Gallia pro ſtellis lilia pinge mea.
Audit Italia, an Patriam curabis Jule
Ah pro ſole dato ſydera ne rapias.
Diſcordes animos Judex concordia junxit
Lilia corde geras ſydera ſtemma gerat.
Fallere Juleo. Si ſtemma inſervit amori
Italia haud ſatis, haud Gallia, Mundus erit.

CA-

CAPUT VIII.

De Epiſcopis in Marſis natis, quorum aliqui Marſicanam, aliqui verò exteras Eccleſias gubernarunt.

Joannes Baptiſta de Pontibus.

HIc ſupradicti Cardinalis de Pontibus Nepos, Patria Curcumelienſis, ex Sutrina, & Nepeſina Eccleſia, ad Bituntinam translatus, die v. Novembris MCDLXXXIV., exceſſit Anno MD., ex Ughell. Ital. Sacr. tom. VII. col. 939. Corrigendus Phaebonius, qui hiſt. Marſ. libr. I. cap. XI., & in Catalog. pag. 31. haud ritè de ipſo ſcripſit, ritè tamen in Cathalogo Epiſcop. Marſor. pag. 31. patefecit Alexandrum ex dicta familia de Pontibus electum fuiſſe Epiſcopum Marſorum a Capitulo, quam verò electionem Bonifatius VIII. ratam minimè habuit.

Joan-

Joannes Marſus.

Hic genere Marſus, & Marſorum Antiſtes, legitur in quadam ſententia Vigilii Papae, contra Theodorum Caeſárienſem anno DLV., teſte Carolo de Carolis in Geograph. Sacr. relat. a Card. Baronio Annal. tom. v. ſub anno 551. nu. 40., & ſub anno 553. nu. 213., & Phaebonio in Cathalogo Epiſc. Marſor. pag. 3.

Tuderiſius Marſus.

Hic ſubſcripſit Concilium factum ſub Leone IV. Pontifice anno DCCC LIII., teſte eodem de Carolis, relato a Baronio ſub dicto anno, & ſcriptus reperitur in ſententia in dicto Concilio lata, contrà Anaſtaſium Presbyterum Cardinalem, quem excommunicatum declararunt, ex eodem Phaebonio.

Rottaris Marſus.

Anno DCCCC LXVIII., interfuit ſententiae ab Ottone Imperatore latae, ad favorem Eccleſiae Sanctae Mariae in Apiniacis ex lib. IV. Chron. S. Vincentii ad Vulturnum, & ex Ughello in Ital. Sacr. tom. I. col. 959. Locus Apiniacis erat unum ex pagis, ex quibus Piſcina Incolas habuit Mill. P. ab eadem diſtans, ubi modò praedictae Eccleſiae veſtigia

ſunt, in cujus quidem collapſis parietibus, ſequentem inſcriptionem ad vetuſtatis teſtimonium relatam, exiſtere, mihi perſuaſum eſt. Phaebon. aequè loco citat.

D M S P
T. ALLIO DEL FICOR.
MAMMIA SECVNDILLIA
CON. INCOMPARABILI
CVM QVO VIXIT ANN. XVIII.
B. M. P. P.

Albericus, & Quiniſius Marſi.

Ex ſuperius enunciata Berardorum Comitum inſigni Familia, mox deleta, quae ab antiquis Galliae Regibus exordia habebat, ut Alphanus Archiepiſcopus Salernitanus, in Attonis Epiſcopi elogio, fatetur.

Iſtius undè Domus manſit origo Parentum
Regibus è Gallis linea ducta docet.

Immo cum Rege Galliae Francíſcum Berardum ad Italiam veniſſe, ipſumque primum Marſorum Comitem fuiſſe, Leo Oſtien. in Chron. Caſſin. libr. I. cap. LXI. teſtatur. Ex dicta inquam Berardorum Proſapia, Albericus Comitis III. Marſorum Filius, atque Regionis Antiſtes adfuit, anno poſt Orbem redintegratum DCCCCLXX., qui ab Othone III. Imperatore Monaſterium S. Angeli in Burregio ſua Vita exiſtente obtinuit, quod exinde Caſſinenſi Coeno-

nobio, teſte Leone in Chron. Caſſin. libr. xi. cap. xiv., & xvi. reſtituit, nequiſſimus tamen homo fuit, quia ad Epiſcopatum Quiniſium ejus Spurium intruſit, & ambitionis, avaritiaeque cauſſa, Manſonem Caſſinenſem Abbatem a Capuanis excecari curavit, quemadmodum Emin. Card. C. Baronius Annal. tom. x. pag. 897. refert, quam obrem, juſtiſſima Numinis vindicta, eadem die, qua praedicto Abbati oculos erui fecit, repentina morte flagitioſum emiſit ſpiritum, Leo Oſtien. lib. ii. cap. xvi. Chron. Caſſin. & Ughell. Ital. Sacr. tom. i. col. 959. Quiniſius verò praefati Alberici Spurius in Epiſcopatum intruſus, anno dccccxciv. Tyranno Parenti ſucceſſit, ut Oſtien. relat. per Ughell. loc. cit. col. 961. ſcripſit, undè ſucceſſor dignitatis, & crudelitatis veſtigia, Patris in totum proſequutus, omnibus odio fuit, inque mumere non longe vixit, quia fatente Seneca lib. i. de *Clem. Tyrannorum execrabilis, & brevis poteſtas eſt*, iſtinc Thales interrogatus, quid vidiſſet in Vita difficillimum, Tyrannum, & crudelem Senem reſpondit: Et Diogenes ajebat in Dionyſium ſinè timore degentem quamprimum deceſſurum. Non poſſunt quippè diu, & ſecurè vivere Tyranni, quorum alios ipſi parentes, vel amicos interfecerunt, ut Caſſium propria Uxor: Livius lib. ii. Alexandrum Phereum Conſanguinei, & amici: Plutharc. in Pelop. adfin. Julium Caeſarem Domeſtici, & alii.

Enim verò Marſorum Comites, etſi divites, ac ſanguinis nobilitate fulgentes, ambitionis tamen

aeſtu laborantes, quum per mortem Alberici, & Quiniſii continuatum Epiſcopatum, ab illorum familia eripi viderent, eo quia Pandulphus natione etiam Marſus praedictis ſucceſſerat, vi, & metu alterum Marſorum Epiſcopum nomine Actium, ſeu Atthonem eorum Conſanguineum, Epiſcopum creari curarunt, eidemque ditionem deſcribere a Pontifice obtinuerunt, aſſignando dumtaxat novo Epiſcopo S. Mariam in Caellis in Cathedralem erectam, Vallem de Nerſa, & Carſeolorum regionem; quam proinde diviſionem S. R. Eccleſia ſchiſmate continuò vexata, aliquandiu toleravit, donec in generali Concilio Florentino ſub Papa Victore II. Anno MLVII. eadem S. R. Eccleſia non ſolum Pſeudopapas deleret, verum etiam in qualibet Dioeceſi unum ſolum Epiſcopum praeeſſe vellet; undè Pandulphum verum Marſorum Epiſcopum declaravit, & ad jurgia tollenda Actio, ſive Atthono ſic abdicato Thaeatinam Eccleſiam aſſignavit, non ſolum ipſe Pontifex Victor II., ſed etiam illius ſucceſſor, ipſumque pleniſſimè Bulla, quae una cum facti hiſtoria refertur ab Ughellio Ital. Sacr., & Phaebon. Catalog. Epiſcop. Marſ. pag. 6., confirmavit.

Pandulphus Marſus.

Pandulphus autem Vir nobilis, & dives fuit, quemadmodum appellatur in Chron. antiq. Caſſin. lib. II. cap. XCIX., qui obtuliſſe habetur D. Benedi-

cto,

ćto, ut alias diximus, è Sublaco Marſos proficiſcenti Planetam cum Pluviali Diaſpro, & Altaris pallium purpureum cum gemmis, Thuribula argentea duo, Calicem argenteum unum, Patenam, & caetera alia; Interfuit Concilio Romae celebrato ſub Nicolao II. Anno mlix. Phaebon. loc. cit. pag. 8., de ipſo mentio habetur in vita S. Berardi, & is etiam fuit, qui, ut annuimus pag. 78. corpora SS. Simplicii, Coſtantii, & Victoriani in Eccleſiam Collegiatam S. Joannis de Celano tranſtulit, ex Ughello ubi ſupra.

Actius Marſus.

Ut autem ad dictum Actium, ſeù Atthonem Epiſcopum Thaeatinum cum citato Auctore pag. 9. & Ughell. Ital. Sacr. tom. vi. pag. 845. redeamus, tamquam genere Marſum, ut mox dicebamus, notare opus eſt, ipſum alioquin nobilitate, & virtutibus inſignitum fuiſſe, qui vix annum trigeſimum nonum expleverat, quod naturae debitum ſolvit, & in Eccleſia Caſſinenſi tumulum habuit, ut ex quibuſdam verſibus, ipſi ab Alphano Archiepiſcopo Salernitano factis, & hic teſtimonio dictorum Auctorum relatis, manifeſtum eſt.

Praeſules Atthonis tumulaſti membra Caſſino
Marſia cui tribuit juſta priora tuis.
Iſtius unde Domo manavit origo Parentum
Regibus ex Gallis linea ducta docet.

Prin-

Principibus Marſis natus eſt de ſtirpe Quiritum
Mane cum ſedis Thetis honore dedit.
Iſta etenim Genetrix operum tibi Virgo locavit
Monſtrat ut Eccleſiae Jura laborque ſuae.
Unus amicorum qualis cum utiliores
Marſia vel Thetis novit habere, fuit
Ante dies ſeptem, quo ſol in piſcibus
Annos triginta natus, & octo fuit.

Item Sapphicum Alphani Archiepiſcopi Salernitani ad eundem aegrotantem ſcriptum, ex Ughello d. tom. VI. Ital. Sacr., & ex Phaebonio in Epiſcoporum Marſor. Cathalogo pag. 9. videndum.

Luminoſus Epiſcopus Marſorum.

Luminoſus hoc nomine vocatus ſpecialis loci, & ſtirpis ignotus, poſt literas appraehenſas, & Marſicanae Eccleſiae acceptationem, ſubſcripſit Concilium Lateranenſe ſub Martino II. Pontifice, ut ex Phaebon. de Marſ. Epiſc. pag. 10. ſatis manifeſtum videtur.

Andreas Marſorum Epiſcopus.

Hunc autem, cujus generalem notitiam habemus, ejuſdem Dioeceſis Praeſulem Anno MXCVIII. quoque dignoſcimus, ut ex quadam donatione Eccleſiae Tranſaquarum a Berardo Comite facta, quae incipit. *In nomine Dei ſummi, & aeterni Amen. Anno*

no Dominicae Incarnationis mille nonaginta ſex , & indictione quarta menſe Junii , die octava , & caeter. Quae ſiquidem donatio ab Ughellio col. 961. in Ital. Sacr. & a M. Phaebon. in d. Catalog. pag. 11. per extenſum refertur.

Siginulphus Marſus , & alter B--, etiam Antiſtes.

Siginulphus autem ex nobili, ſed nobis obſcura ſtirpe, apud Marſos natus, poſt Andream, Epiſcopatum a Guiperto Antipapa Anno MXIII. invaſit, a quo etiam ordinatus, Eccleſiam contra Sacros Canones adminiſtravit, & Jura Epiſcopalia Cardinalibus renuentibus per decem, & ſeptem annos exercuit, cui ſubindè à munere ejecto, S. Berardus Cardinalis in pag. 98. enunciatus, anno MCX. in Epiſcopatu ſucceſſit, teſtes ſunt Thom. Coſta in Addition. ad Pandulph. Colennuc. in hiſtor. Regn. Neap. libr. 1. fol. 69., & Phaebon. in Catalog. Epiſcop. Marſ. pag. 12. qui pag. 18. refert etiam B-- Marſum praefatae Dioeceſis Epiſcopum, Anno MCLIII. viventem.

Benedictus Marſus.

Benedictum Marſum ejuſdem regionis Antiſtitem afferre putamus, qui teſte Ferd. Ughellio in ſerie Epiſcoporum Reatin. fol. 111. Anno MCLVI.

in-

interfuit dedicationi Eccleſiae S. Victoriae Virginis in Dioeceſi Reatina, Tribulanae Regionis poſitae, teſtis etiam eſt Cathalogus Marſorum Antiſtitum pag. 18.

Benedictus Marſus.

Alter fuit Benedictus è Marſis oriundus, atque Marſorum decimus ſeptimus Praeſul, qui contra Oddonem Celani Comitem, ſtrenuum, nobilemque Virum, ac inter homines Illuſtres hic relatum, ſententiam a Gulielmo Rege, qui cauſſam Archiepiſcopo Panormitano dicendam commiſerat, reportavit, ut ex illius tenore apud Phaebon. loc. cit. pag. 18., & 19. patet, cujus ſequens initium eſt: *Anno Dominicae Incarnationis MCLXXVIII. Menſe Januarii Indictione VII. Regni verò Domini Noſtri Gulielmi Dei Gratia Glorioſiſſimi Regis Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae Anno VIII. Feliciter Amen; Nos Gal. Dei Gratia Panormitanus Archiepiſcopus, & Domini Regis familiaris, & caet.*

Zaccharias Marſorum Epiſcopus.

E' Marſis lucem habuit Zaccharias, cujus ſtirps, & Patria quoque neſcitur, vel quia, ut alias diximus, apud Veteros mos erat tantum ipſorum nomina, & non cognomina exprimere, vel potius, quia dierum longitudo hominum titulos, memoriaſque delet. Is quip-

Digitized by Google

quippe Marſicanus Epiſcopus factus, Lateranenſe Concilium ſub Alexandro III. ſubſcripſit, & ut Jura Eccleſiae S. Bartholomaei de Avezano, & aliarum Eccleſiarum ſuae Dioeceſis a Gentili de Pullarea, quem hic ob honorem inſero, vindicaret, ex eo, quia hic ipſum continuò vexabat, Gulielmum II. Siciliae Regem adivit, a quo ſui graegis quietem, teſte Hiſtorico Marſo in Cathalog. Epiſcop. Marſ. pag. 20. obtinuit.

Thomas, Ingeamus, Ne-- Caeſarius, Joannes de Luco Marſorum Epiſcopi.

Nec praeterea caeteri Marſorum genere, oriundi defuere noſtrates Antiſtites, quos in Cathalogo recitamus. Hi fuerunt Thomas Innocentii III. Pontificis Creatura, qui decimus nonus Marſorum Epiſcopus fuit. Ingeamus nuncupatus, fuit teſtis in donatione facta Collegiatae Tranſaquarum a Petro Comite Celani, Anno MCXCVIII.

Ne-- . . . . Marſorum Epiſcopus, qui lites habuit cum Abbate, & Monaſterio Caſamarii, & Caeſarius pariter Marſorum Praeſul, qui anno MCCLIV. teſte Ughello d. tom. 1. col. 978., & citato Auctore Marſo in Cathalogo Epiſcop. Marſ. pag. 23. 27., & 28. Romae defunctus eſt.

Joannes, ut creditur de Luco, Oppido Marſo-

rum, apud Marſos ortus, Epiſcopus Marſorum fuiſſe habetur anno MCCXXX. is praetereà in dubium revocari non poteſt, quin Eccleſiam S. Mariae in Apiniacis, juxta Phaebon. loco citato, in Dioeceſi Marſorum verſiculos etiam referentem, conſecraverit.

Anni milleni ducenteni, jam bene pleni
Mundo bis quini currebat ordine trini
Pontificium Princeps Coelorum clavifer Alme
Hoc a Joanne novum ſuſcipe Simon opus
Et qua ex altaris rutilanti tegmine factum
Et tibi Petre, ſimul Clerus, & ipſe Pater.

S-Marſus, Jacobus, Bartholomaeus, & alii Marſorum Antiſtes.

Hic primus è Marſis oriundus ſub Gregorio X. obiit Marſorum Epiſcopus, Romae anno MCCLXXV cui Jacobum Canonicum Marſicanum a Clero adlectum ſucceſſiſſe, legitur in Ughell. d. to. 1. col. 981. Item Bartholomaeus Marſorum Praeſul, Sacro Collegio ſolitum ſubſidium pollicitus eſt, die VI. Junii MCCCXLIX. Berardus exindè jam prius ejuſdem Dioeceſis Archidiaconus, Eccleſiam XVI. Kalendas Januarii MCCCLXV. teſtimonio infra citandi Scriptoris, habuiſſe videtur.

Petrus ſubindè, qui partes Clementis VII. Pſeudopapae foverat, ab Urbano VI. in locum Berardi ſupradicti, Epiſcopus factus eſt XIV. menſis Februarii

rii MCCCLXXX., & Vicarius Sanctae Mariae Majoris de Urbe quoque fuit. Item Jacobus natione Marſus enunciato ſucceſſit, quo exindè vita functo, Urbanus Papa VI., alium deſtinavit Antiſtitem v. Kalend. Auguſti Anno ſeptimo ejus Pontificatus, ut de his omnibus Auctor eſt Ughellius Ital. Sacr. tom. I. colum. 983. cum ſeqq.

Anſelmus Marſorum Epiſcopus.

Anſelmum verò, quem pro Marſicano Marſicenſem Epiſcopum, quidam perperam dixere, Prophetias nonnullas reliquit, quae Typis evulgatae ſunt, una cum illis Abbatis Joachimi, Venetiis apud Joannem Baptiſtam Berronem Anno MDC. cum hac epigraphe -- Pauli Principis de la Scala, Marchionis Veronae, & caet. Primi Tomi Miſcellaneorum de rerum cauſſis, & ſucceſſibus, atque Secretiori methodo ibidem expreſſa, effigies, ac exemplar nimirum vaticiniorum, & Imaginum Joachimi Abbatis Florenſis Calabriae, & Anſelmi Epiſcopi Marſicani, ſuper Statu Summorum Pontificum Romanae Eccleſiae, contra falſam, iniquam, vanam, confictam, & ſeditioſam cujuſdam Pſeudomagi, qui nuper nomine Theophraſti Paracelſi, in lucem prodiit pſeudomagicam expoſitionem, vera, certa, & indubitata explanatio, Coloniae Agrippinae apud Theodorum Graminaeum 1570. in 4., ejuſdem verò Anſelmi Marſicani, meminit Geſnerus in Biblioth. fol.

53. cum explicationibus Paulli Scalchii anno MDLXX. necnon Nicol. Topp. in Biblioth. Neap. pag. 33., & Nicodem. ad dictam Biblioth. Topp. fol. 14. In pag. 74. dicti Libri Joachimi, haec verba leguntur -- Sequuntur Anſelmi Epiſcopi Marſicani Vaticinia, ſcripta ab eodem anno Dñi MCCLXXVIII. quae poſt obitum Bonifatii Papae octavi, in lucem data erat Peruſii; Ughellius autem in Ital. Sacr. tom. VII. pag. 710. inquit -- Anſelmus Epiſcopus Marſicanus, Prophetiae dono clarus, contemporaneus fuit Joachimi Abbatis, ſcripſit Pontificum vaticinia, quae poſt Bonifatium VIII. in lucem prolata fuerunt. Vixiſſe videtur circa annum MCC., in Eccleſia Marſorum floruiſſe poſt annum 1210. refert Paullus Scaliger in explicatione Vaticiniorum ejuſdem, illum ſua vaticinia ſcripſiſſe anno 1278., ſed cum illum contemporaneum Joachimi Abbatis fuiſſe aſſerat, labi a veritate videtur. Joachimus mortem obiit anno 1203. vel initia ſequentis. Sed hodiè notandum eſt, dictas prophetias B. Joachimi, tamquam ipſi falſo attributus, & erroneas, computatas fuiſſe a Dominico Porter opuſculo in 8.

Fr. Octavianus . . . . & Propertius Reſta.

Fr. Octavianus . . . . autem de Taleacotio, incogniti pronominis, in Ordine Minorum S. Franciſci

ciſci Epiſcopus Cariatenſis, ſivè Gerundenſis in Calabria Anno MDLXXXIV. die verò V. menſis Novembris creatus eſt, Ughell. Ital. Sacr. to. IX. column. 708.

Fr. Propertius Reſta d. Ordinis Anno MDLXXXV. ejuſdem Dioeceſis Cariatenſis Antiſtes factus, teſtibus mox citandis Auctoribus, tractatum de vera, & falſa ſapientia typis Romae divulgavit anno MDXCIX. apud Guglielmum Franciottum, & dicavit Eminentiſs. Domino Carolo Cardinali Madrutio. Item aliud opus de vera via conſequendae ſalutis luci commiſit, necnon Dialocum inter Philaſtrum, & Eraſtum, incipien. *Quid agis Eraſte?* Rurſus typis evulgavit Commentaria in duodecim libros metaph. Ariſtotelis, juxta auctoritatem Alexandri de Ales, & dicavit clar. mem. Marco Antonio Columnae Cardinali Ampliſſimo. Impreſſa haec fuerunt in Patavina Civitate apud Simonem Galignanum de Karena in folio.

Is quoque Ordinis ſui ſtudia Patavii rexit, & de hac Praefectura, & de indicatis Operibus ſatis eſt Frater Joannes Franchinus in Bibliotheca Scriptor. Franciſcan. Conv. fol. mihi 530., & 531. Phoebonius autem hiſtor. Marſor. lib. III. cap. VI. Gonzaga de Origine Religionis Seraph. fol. 277. ubi originem Conventus Taleacotii fuſius deſcribit, Lucas Waddingus Syllab. Script. Ordin. Min. fol. mihi 290., & Toppius in Bibliot. Neapolit. pag. 258. ipſum Taleacozanum fecere, ſed Ughellius Ital. Sacr. de Dioeceſ. Cariaten. tom. IX. fol. mihi 708.

ita

ita dixit -- *Fr. Propertius Reſta de Cappellis, Flaviani filius, Volaterranus, Ordinis S. Franciſci, vir doctus, electus, & conſecratus Epiſcopus a Sixto V. Anno MDLXXXV. ſcripſit de vera, & falſa ſapientia libros* 4. *quos inſcripſit Carolo Cardinali Madrutio Anno MDXCIX. Romae obiit anno MDCII. ſepultuſque fuit in Eccleſia SS. Apoſtolorum*. Volaterrae enim, unde Volaterrani, Urbs eſt Etruriae in Monte Agri Piſani poſita. Caeterum, etſi Propertii hujus Marſi, Corpus in Eccleſia SS. Apoſtolorum verè tumulatum fuerit, illud tamen ſequentibus marmoreis notis in Clauſtris Fratrum S. Franciſci de Taleacotio, translatum apparet, Inſcriptio autem, haec eſt.

Propertio Reſtae Min. Epiſcopo Car. & Gerund.
Probitate, doctrinaque ſing. multis pro S. Eccleſia,
Et Apoſtol. Sede ſuſcept. oneribus, Romamque
A. S. Pont. Clem. VIII.
Accerſito pro gravis fidei doct.
Praeſul. Congr. Illuſ. Card. Madrutii
Praeſ. ſubrogat. Iiſque doctis
Pii Q. reſolutis altius
Tendenti, Romae pridie nonas Maii MDCI.
Vita functo Oſſib. huc reducend. Cur., & caet.

Gentilis de Agello.

Agellum ſanè oppidulum Cliteniae obnoxium, clarum inter Marſos, ob infraponendos viros inſignes ibidem ortos, habetur. Pro nunc verò Gentilem de Ajel-

Ajello, ſive Agello, adnotamus, qui ab Urbano VI. Anno ſui Pontificatus ſeptimo, IV. Kalend. Auguſti Marſorum Epiſcopus Anno MCCCLXXXV. adlectus eſt. Exinde translatus ad Eccleſiam Neocaſtrenſem, mox ad Sueſſanenſem. Interfuit Concilio Piſano Anno MCDX. Ughellus Ital. Sacr. tom. IX. col. 563. In Eccleſia verò Marſicana cum Henrico de Henricis donavit S. Caeſidio Ruralem Eccleſiam S. Thomae in Foſſa de Villa, de Jure Patronatus Familiae de Henricis, quae in eodem Templo ſepulturam Parentum habet, Ughellius, & Phaebon. in cit. Cathalog. pag. 33.

Philippus, & Petrus Jannetella de Agello.

Ex his primus, Epiſcopus fuit Marſorum, qua dignitate micavit etiam Petrus ex Congregatione Caeleſtinorum Monachus, ac Prior S. Euſebii de Urbe, ut ſcripſit Ughellus Ital. Sacr. tom. VI. col. 1016., & Phaebonius hiſt. Marſ. libr. I. pag. 57. anno MCCCIII. Epiſcopus fuit Civitatis S. Angeli Lombardorum; Philippum verò anno MDCCCCXXX. cum Phaebonio loc. cit. incognitae Patriae, ſed Marſum, & Marſorum Epiſcopum adſerimus.

Tra-

Traſmundus Marſus.

Item caeteri fuere, qui, etſi Marſi exteras tamen' Eccleſias gubernarunt, quorum Tranſmundus, Odoriſii Comitis Marſorum Filius, ex Tricariceníi ad Valvenſem Eccleſiam translatus eſt, Phaebon.hiſt. Marſ. libr. 1. pag. 57.

Auguſtinus Marſus, & Amadeus de Alba.

Doctiſſimus hic Auguſtinus, Filius Rynaldi Marſorum Comitis, ad Cathedram Narnienſem Anno MCCXXX. teſte eodem Scriptore d. pag. 57., necnon Ital. Sacr. tom. 1. col. 1088. evectus legitur, & de Fr. Amadeo de Alba, Minori Conventuali, Langonenſi Epiſcopo ſub Clemente VI. Anno MCCCXLII., mentio habetur in Luca Waddingo Annal. ſub d. anno num. 4. tom. III.

Plures Marſorum Epiſcopi de Pereto.

Supra Carſeolanos verò, ad ortum Solis hiberni, Peretum oppidum nulla rei ſingularitate, ſed multis Epiſcopis clarum, ſitum eſt, ubi ſequentes Epi-

Epiſcopi nati, etſi Peretum, Marſos etiam, apud quos illud eſt, illuſtrarunt.

Salvatus de Pereto.

Salvatus hic luxit, qui jam Canonicus SS. Laurentii, & Damaſi Urbis, non a Joanne XXII., ut quidam voluere, ſed a Martino V. Anno MCCCCXVIII. Kalend. Martii, Marſorum Epiſcopus factus eſt, quemadmodum ex Bullis nobis exhibitis, & ex Ughell. Ital. Sacr. in Serie Epiſcop. Marſ. tom. 1. col. 984. manifeſtum eſt.

Angelus Machaſanus.

Antonius Machaſanus Notariatus munere fulgens, Angelum habuit Filium, qui Romam miſſus, ità in ſtudiis profecit, ut adhuc Juvenis Eminentiſs. Card. Capuani tit. S. Marcelli Auditor eſſe mereretur: hinc Picaeni Generalis Theſaurarius fuit, necnon Fani, & Maceratae Civitatibus Jura dedit, & ob id ab Eugenio IV. die XIV. Kalend. Septembris Anno MCCCCLXVI. Marſorum Epiſcopus adlectus, Maceratae denique, Anno MCCCCLXX. ab Orbe abiit, ubi ſequenti elogio in marmoreo ſepulcro, cum illius effigie, & ſtemmate (quod Gallum ſupra obliquam regulam continet infra tribus pilis adjectis) in Cathedrali Eccleſia prope Majus Altare, ſepultus eſt.

Sepulcrum R. P. D. Angeli Epiſcopi Marſicani, Marchiae Anconitanae Generalis Theſaurarii, & Locum Tenentis, ac Gubernatoris Civitatis Fani, obiit XIV. Septembris MCCCC LXX.

Franciſcus Machaſanus.

Franciſcus Machaſanus a Paullo II. Marſorum Epiſcopus deſtinatus, poſt obitum dicti Angeli IV. Idus Julii MCCCCLXX. confeſtim deceſſus, Piſcinae ſepultus eſt.

Gabriel Jacobus Machaſanus.

Rurſus Gabriel Jacobus Machaſanus Filius Jacobi Antonii, Angeli Nepos, poſt mortem Franciſci Fratris, hanc ſedem habuit Anno MCCCCLXXI., & eam quum uſque ad Annum MDXI. gubernaſſet, Jacobum nepotem in Coadjutorem obtinuit, aſt ipſe fato cedens, in Eccleſia S. Mariae Egentium Oppidi Pereti, hac inſcriptione tumulo datus eſt.

D. O. M.

Gabrielli Marſorum Epiſcopo, qui vixit anno LXV. Menſes IV. Dies XVIII. Jacobus Nepos eorumdem Epiſcopus hoc monumentum Patruo B. M. P. Anno ſalutis MDXI. H. M. H. S.

Ja-

Jacobus Machaſanus.

Praedictus autem Jacobus, Camilli Machaſani Filius, qui Archipresbyter S. Euſtachii de Urbe Coadjutor dicto Patruo datus fuerat anno MCCCCXCIX. decima octava Junii Archipresbyteratum Angelo Juniori Fratri ceſſit, & renunciato Epiſcopatu Joanni Dionyſio Nepoti mox infra emucleando, Civitatem Beneventanam glorioſè gubernavit, teſte Phoebon. in Cathalog. Epiſcop. Marſor. pag. 36., undè quum poſt multos annos, ad Peretum ſuam Patriam regreſſum, oblectationis cauſſa feciſſet, Fato ceſſit, ac ibidem abſque notis tumulatus eſt. De his omnibus Epiſcopis Machaſanis, videndus Ughell. tom. 1.

Joannes Dionyſius Machaſanus.

Hic Jacobo Patruo coadjutor factus ſub Clemente VII. Anno MDXXXVIII. noſtram rexit Eccleſiam. Tandem vita inter literas, & pietatis officia, religioſè ad Senectutem decurrente, mortem oppetiit, & in Eccleſia Tranſaquarum abſque ullo praeconio tumulo datus eſt, Ughellius Ital. Sacr. in Serie Epiſcop. Marſor. tom. 1., & Marſor. hiſtoria alibi citata teſtes ſunt.

Angelus Machaſanus .

Angelus ex eadem Familia natus eſt, qui Anxianenſis Epiſcopus creatus fuit a Leone X. Anno MDXV. & primus hanc rexit Eccleſiam, quam ob rem inſidiatus fuit a Theatinis, qui aegrè ferebant novam hanc Epiſcopalem dignitatem Anxanis elargitam: Fermulenſem itaque Ducem Aprutinae Provinciae Praeſidem in Angelum concitarunt. Is honoris gratia quum Angelum ſimulatè viſitaſſet, illum poenè captivum retinuit. Anxanenſis vero Populus, Cleruſque haec audientes, ſummamque hanc injuriam deteſtantes, ad arma proruperunt, mortemque Duci minitantes, ni Praeſulem ſuum liberum daret; tunc Dux nolens volens, Epiſcopum cum honore liberum dimiſit. Angelus mox omni laude, ſibi creditam Eccleſiam ordinavit, atque adminiſtravit. Romam reverſus, Lateranenſi interfuit Concilio ſeſs. x. Anno Chriſti M D XVII. Kalend. Decembris exceſſus, ibidem ſepultus eſt, uti refert Ughellius Ital. Sacr. tom. VI. col. 982. Attamen Phoebonius hiſtor. Marſ. libr. 3. pag. 153. aſſerit, oſſa Angeli extare in Eccleſia Tranſaquenſe ſequenti Elogio propè Altare majus ab ipſomet Phoebonio exarato, & poſito.

D. O. M.
ANGELO MACHAFANO DE PERETO
PRIMO ANXIANENSI EPISCOPO,
QUI

*QVI ALTARE, VBI S. CAESIDIVS
MARTYR OCCVBVIT, CONSECRAVIT
ANNO MDXXIII.
PROPE EIVS STATVAM SEPVLTO,
DIRVTO MOX ALTARE, EIVSQVE
ABOLITA PIETATIS, ET DEVOTIONIS
MEMORIA NE TEMPORIS INIVRIA
POSTMODVM NOMEN DELITESCAT,
ABBAS MVTIVS PHOEBONIVS EX
LEONORA MACHAFANA ABNEP.
AVVNC. MOER. P. ANNO
M D C XLIII.*

Georgius Machafanus.

Hic Abbas Commendatarius S. Mariae de Pozzalia, & Familiaris Eminentiſſimi Cardinalis Joannis Baptiſtae Urſini fuit, necnon Hortanus Epiſcopus Anno MCD XCVIII. 14. Septembris electus eſt. Vix autem Eccleſiam per annum adminiſtraverat, quod ad Sarnenſem Cathedram, teſte Ughellio d. tom. 1. column. 802. translatus fuit.

Fr. Antonius Angelus, non ejuſdem familiae Machafanae, ut quidam voluere, ſed incognitae ſtirpis, etſi Pereti natus, Vir Celebris decantatur, fuitque Ordinis Sancti Franciſci Minorum Conventualium Generalis Miniſter, Electus in Comitiis ſuae Religionis, Argentoracti, ſeu Argentinae celebratis, cum jam Anno M CDV. a Summo Pontifice ul-

tra

tra Montes miſſus fuiſſet, ut Haereſes tunc temporis graſſantes, ſcientia qua pollebat Theologica, oppugnaret, ſuiſque argumentis perditiſſimum Joannem de Hus, ejuſque impiiſſimos ſectatores confunderet. At quia Verbum Dei, ut dicit Apoſtolus, *non eſt alligatum* eſtò in vinculis fuiſſet ab impiis Hetherodoxis Praedicator iſte veritatis conjectus, ſeipſum veluti murum aereum praebuit, faciemque ſuam tanquam duriſſimum lapidem expoſuit, ut Sacra Dogmata, ac Pontificiam poteſtatem toto conatu defenderet, his itaque pro Catholica fide, bene, ac laudabiliter geſtis, Nuncius Apoſtolicus in Anglia deſignatur, ubi Pontificia facultate munitus, diſpenſavit in Matrimonio inter Thomam Henrici IV. filium, & Margharitam de Holandia, Joannis de Pennadfort Comitis filiam, quorum connubium impedimento erat obnoxium, ratione conſanguinitatis. Undè tanti, ob ſui egregias animi dotes, habitus eſt, quod Pontifici, Regique apprimè charus diu extitit, teſtis eſt Lucas Waddingus in Annal. necnon Monaldeſcus, & hiſt. Marſorum lib. III. pag. 210.

Claruit aeque è Machaſana ſtirpe Abbas Marius, qui Anno MDCXXII. Vicarius Generalis Sabinae praefuit, necnon Prothonotarius Apoſtolicus. Caeteri autem, nec defuere, qui Patriam, & Marſos ſplendidos reddidere, quum propter enunciatos Viros, tum etiam propter Matrimonia olim contracta? cum clarioribus nedum exteris, ſed etiam Marſis familiis.

Tho-

Thomas Puccius.

Piſcinae, Thomas, è Familia Puccia, nunc extincta, ortus eſt, qui illius Antiſtes factus, Teſtis interfuit exequutioni Bullarum Collationis Abbatiae S. Mariae de Valle Marſicanae Dioeceſis, Collatae Raymundo Cardinali Diacono tit. S. Adriani die x. Novembris MCCCLIII. & Sententiam protulit inter fratres Conventuales, & Canonicos Collegiatae Avezani Anno MCCCLXIII. teſte Phoebonio in Cathalogo Epiſcop. Marſorum pag. 32. Adſunt etiam in ejus Domo gentilitia inſignia, cum viridi galero depicta, necnon ſupra vaporarium multos poſt annos Mutius de Puccis hos verſiculos poſuit.

Sic olim Puteae manſere inſignia ſtirpi
Quae ſe huc Marſorum contulit Urbe vita
Clarus nanque pyro puteus cognomina ceſſit
Mutius in priſcu reddidit illa modo.
M D LXXXV.

Alexander Argolus.

Quaedam praeludialia de hac familia praemittendo, ſciendum eſt, quod properante in Italiam Carolo Andegavenſium Duce, atque Cura Clementis Papae IV. contrà Svevos tunc Eccleſiae hoſtes, regnumque Siciliae invadente, quidam Ar-

go-

golorum familiae, è Gallia Narbonenſi, Arelatenſes Patricii, Regem cum triginta Triremibus è Maſſilia diſceſſum, anno reparatae ſalutis MCCLVI. ſequuti ſunt; Eorum uni Ludovicus, Gaſpar alteri nomen erat, qui amiſſo Toloſiorum, ità nuncupato, cognomine, illo *de Gallis* a Galliarum Regis Fratris obſequio, interdum *Arlii* a Patria dicti, & pro Arliis, Arguli nuncupati ſunt. Teſtis eſt Philippus Tomaſſinus in Elog. Viror. Illuſtr. Vol. II. pag. 305. A Gallis etiam, dicti in Stemmate Gallum praetulere Cirnici globulo inſidentem, quod fortaſſe ſolus Cirnicus, uti credibile eſt Toloſiorum inſigne antea fuerit. Sub Aragoniae Regibus varii hujus familiae ſtrenui homines, & privilegia multa, ac duo Caſtra, quae *le Saſſe* nuncupabantur, jam in Columnenſium ditionem ſubacta, in Aquilano ſuburbio, inque Marſis habuere. Urſinorum exindè, Taleacotii olim dominorum, ſub patrocinio ſunt acciti, a quibus primum Marani Feudum accepere. Plurimi deindè a Columnenſibus, qui Urſinis Principibus in dictis Feudis ſucceſſere, ſemper habiti, egregia, & praecipuè Bello Campanienſi, haud inter ultimos patrarunt; undè ut dictum eſt, Taleacotii Argolorum familia apud Marſos clariſſima floruit.

Taleacotium enim non obſcuri nominis, & famae comperitur, nam ipſius meminere Volaterranus. Leander Blondus, Baudran. in Geograph. Jovius hiſtor. libr. II. fol. 59. Ultra Phoebon. hiſt. Marſor. libr. III. pag. 222. De familia verò praedicta

Ar-

Argolorum verè nobili Marſicana tractarunt Thomaſin. loc. cit. Joannes Petrus Creſcentius in ejus opere --- Corona della Nobiltà d'Italia par. 11. Horatius Torſellinus in Lauretana hiſtor. libr. 111. cap. 11. Ughell. Ital. Sacr. tom. 1. col. 211. Phoebon. hiſtor. Marſ. libr. 1. cap. XI. Laurentius Craſſus in Elog. homin. liter. par. 11. pag. 269. Leo Allatius in Apib. Urbanis pag. 26. & 144. Ghillinus in Theatr. homin. liter. vol. 11. pag. 15. qui refert omnia opera inferius a nobis indicanda, tam ab Andrea, quàm a Joanne infraponendis compoſita, & luci tradita, ibi etiam idem Ghillinus, ita de ipſis inquit: *Veramente la voſtra Padria, Terra molto celebre, hà giuſta occaſione di girſene altera, e di non invidiare le principali Città d'Italia per eſſer ſtata Madre cotanto felice di due ſoblimi ingegni, come voi ſiete, &c.* Item de ipſis mentio eſt in alio opere nuncupato: Le glorie degl'Incogniti pag. 19. & 193. ac in alio vocato (La Biblioteca Aproſiana) pag. 5. inque altero inſcripto (La Grilaja) pag. 5. & in Additionibus Nicodemi ad Topp. in Biblioth. Neap. pag. 10. & 101. ac penès dictum Topp. in d. Biblioth. pag. 14. & 7. lit. A. necnon Gianus Aniſius in ſuis poemat. libr. 11. fol. 26. hos verſus inſcribens.

Rogas Argole cur meae Camenae
Colludant pede delicatiore.

Rurſus de hac eadem familia ſcripſit Carolus Chartarius in Syllab. Advocator. Conſiſtor. pag. 220. Ut verò ad Alexandrum praedictum redeamus, hic,

(ut liquidò patet) virtute inſignis, poſt plura obita munera Anno MDCLI. Epiſcopatu Verulano inſignitus, deindè Cardinalis in Urbe Vicarii, Viceſgerentis Officio auctus, ſingulari in Deum pietate, in omnes benevolentia, in afflictis conſolandis, Viduis, pupilliſque fovendis, ita eluxit, ut Titi Caeſaris ad inſtar humani Generis amor diceretur. Quid enim mirum! Si Roma ipſius memor virtutis, tanti honoris onus ſuis humeris poſuit? Poſtremo autem triſtitia, lentaque febre correptus, vitam cum morte mutavit, ipſo die, quo Eccleſia ſolemniter prò omnibus defunctis Divina impendit ſuffragia. Romae igitur obiit anno aerae Chriſtianae MDCLIV. Corpus autem in Eccleſia S. Mariae ſupra Minervam hoc praeconio, quo Romanus ob Incolatum fit, antè majus Altare humatum eſt.

D. O. M.
ALEXANDER ARGOLVS ROMANVS
INDE, ET MORIBVS
AD SVMMA FACTVS, POST PLVRES
IN DITIONE PONTIFICIA GESTOS.
MAGISTRATVS EPISCOPVS VERVLAN.
ET VRBIS VICARII VICESGERENS
IN MAXIMA QVAM PROBITAS
ET PRVDENTIA EXCITARANT
HOMINVM EXPECTATIONE, INVIDIA
FATICESSIT ANNO SALVTIS
M DC LIV. PAVLLVS
ARGOLVS FRATRI CARISS. POS.

Ale-

Alexander Argolus alter, & alii.

Antè praedictum, hic fuerat Epiſcopus Sidoniae, & poſtea Terracinae Anno MDXXXIV. immò fuerat Domus Pontificiae Magiſter, & Sacrae Lauretanae aedis Adminiſtrator, teſte Torſellino libr. III. cap. II. hiſtor. Lauretan. juxta editionem Romae Anno MDXCVII. in 4. per Aloyſium Zannettum, & in alia lingua Italica, ibi -- *Mà eſſendo noto al Pontefice Paolo, quanto bene venga da un buon Governadore, a queſto mirò ſempre di mandar a Loreto con tal Carica perſone di bontà ſingolare; Aleſſandro Argoli dunque Veſcovo di Terracina, fù da ſua Santità eletto Protettore di quel Luogo*. Deceſſit hic anno MDXL. juxtà Ughell. Ital. Sacr. tom. I. column. 211.

Ex hac familia prodiere etiam Joannes Gaſpar Argolus, qui fuit in Urbe utriuſque Signaturae Referendarius, & Gubernator Anconitanus, teſte Thomaſ. ſupracit. tom. II. necnon Chartario in Syllab. Advocat. Conſiſt. pag. 120. obiit Anno MDXLVI. & Fabricius Argolus, qui multis Sacrae Conſultae Guberniis, laudabiliter praefuit, ubi Juriſdicundi agonetham, ità ſapienter egit, quod neminem laeſit, nec unquam paſſus eſt regalia in peſſum abire compendia, aut opprimi Jura, eidem vero poſtea in Urbe mortuo, in Eccleſia Fratrum Conven. S. Franciſci Civitatis Reatinae, ſequentes literas a nobis illuc fortuitò accedendo expiſcatas, Conſanguinei poſuere.

D. O. M.
FABRICIO ARGOLO MATTHEI FILIO
LVDOVICI NEPOTI NOBIL. REAT.
I. C. ET SCRIPTORI APOSTOL.
ROMAE VBI DIV HONORIFICE
VIXERAT SEPVLT. ANNO M....
ET CHRISTOFORO EQVITI, AC
COMITI PALATINO, AC IVLIANO
I. C. EIVS FILIIS IN HAC ECCLESIA
CONDITIS, QVORVM HIC ORATOR
AD INNOC. VIII. ET ALEX.
VI. ET CAROLVM VIII.
GALLORVM REGEM A CIVITATE
TRANSMISSVS AMBO
VEXILLO PLVRIES ALIIS --
MVNERIBVS CVM LAVDE
FVNCTI OBIERVNT ANNO
M -- ET M -- IOANNI
FABERTINO EORVM P --
LOCOTENENTI GENERALI MARSORVM
QVI FABRICII COLVMNAE NOVI
DVCIS TALEACOTII ADEPTVS
GRATIAM EADEM ARGOLAE
FAMILIA POS ....

CA-

Digitized by Google

CAPUT IX.

De Epiſcopis Celanenſibus.

Celanum Marſorum, caput celebre, & vetuſtiſſimum, quum nullius Dioeceſis eſſet, Praepoſitumque Mitratum haberet, antequam hic inſeratur, animadvertere placet, haud nos loqui de Celana, ſivè Celena, juxtà Ferrarium in Lexicon geograph. fol. 161. quae Urbs eſt Phrigiae Magnae in Monte ejuſdem nominis; prope quas flumen Marſyas decurrit proxima Apamia Civitati, ab aliis confuſae cum altera Urbe Caelenas Apamiam, & Ciboton facientibus, undè Lucanus in mem. libr. 111.

Lugent damnatae Phaebo Victore Caelene.

Sive de Caelena, aut Celenna Campaniae oppido, Battulo proximo, cujus meminit Vergilius VII. Æneid. Junoni Sacra, & Statius libr. 11. Theb.

Taeda Caelenea committere preadia Buxo.

Sed verè de Celano apud Marſos ex Paulli Marſi confabulatione a Marſya Lydo in memoriam amiſſae Caelenae, quem ab Apolline victum, regnoque pulſum, illuc adveniſſe volunt, juxtà etiam Coralbum aedificato, vel potius ità nuncupato, quaſi cacumina Montium celaret: ubi infraſcripti Epiſcopi, Scriptoreſve micarunt, quos antequam referamus, quaedam de ipſo praeludialia mihi inſerere li-

libet. Antiquiſſimum enim illud in Marſis fuiſſe, Ptolomeus, & Plinius ſcripſere, ac Titus Livius libr. XXXVIII. his verbis. *Eſt etiam in Marſis Celanum, ſunt in Aſia Apamea Atranum, Ortygia Inſula, &c.* Volateranus autem libr. XXII. in Anthropolog. ſupra relatus, necnon Baudran. Geograph. tom. I. fol. 628. Blondus, Flavius Ital. Illuſtrat. libr. III. Lucas Wadding. Annal. to. I. pag. 575. n. 21. Phoebon. hiſtor. Marſ. Pater Dominicus Petrantonii eruditus Vir in ejus Latii deſcriptione, quamprius evulganda, & alii fuſius de ipſo loquuti ſunt: His denuo addendus Leo Hoſtienſis in Prolog. Chronicar. Caſſin. pag. 85. ubi Petrus Diacon. adden. num. 353. inquit — *Superſunt modo Celanum, Taleucotium, Piſcina &c.* Item dictus Leo libr. I. cap. VIII. ibidem quoque Montem S. Victorini ab Eccleſia ſita nuncupatum adnotavit: *In Marſia de S. Victorino in Celano.* Qui Mons ſub proprietate Sancti Joannis de Celano eſt; Erat itaque Celanum vetus in aſpero aſcenſu Montis Tini, interſabdita Collium reconditum: Urbs quippe, ſivè ut modò vocatur Oppidum, etiam in Chriſti Morte, ut autumo exiſtens, nàm quando B. Joannes Eremita Eccleſiam S. Joannis Apoſtoli, Annó recuperatae ſalutis CXIV. Celani conſtruxit, Celanum adeſſe liquido patet ex Ferrario, & Jacobillo ſupra citatis. Liceat mihi alias praeduliales Patriae Celani memorias, proſequi antequam de Epiſcopis Celanenſibus verbum faciam.

Hinc etiam notatu dignum reor eodem in lo-

co

co diu S. Franciſcum Aſſiſienſem, multis in Vita Miraculis coruſcantem permanſiſſe, teſtis eſt Lucas Wadding. Annal. ſub Anno m cc xxv. tom. i. n. x. & xi. fol. 331. his verbis -- Inter Marſorum Populos in Latio cum ad Celanum Oppidum Populi frequentia, & opibus Nobile, Dominii Nobiliſſimae familiae Cyborum Genuenſium Vir Sanctus, id eſt D. Franciſcus, in hac excurſione praedicaturus cum Socio veniret, Miles quidam ſupplici eum cum devotione, cum inſtantia magna invitavit ad prandium, venit itaque ad Militis Domum, omniſque familia pauperum Hoſpitum exultavit in ingreſſu. Ante verò, quam cibum ſumeret, juxtà ſolitum morem, Vir mente devotus offerens Deo preces, & Laudes, oculis ſtabat elevatis in Coelum. Oratione completa, benignum hoſpitem familiariter advocatum in partem, ſic alloquutus eſt: Ecce frater hoſpes tuis victus precibus, ut manducarem Domum tuam intravi. Meis nunc citò monitis acquieſce, quoniam non hic, ſed alibi manducabis. Confitere nunc peccata tua, verè poenitentiae dolore contritus, nec in te remaneat quicquam, quod veridica confeſſione non pandas. Reddat tibi Dominus hodie vicem, quoniam ſancta devotione ſuos pauperes ſuſcepiſti. Acquievit continuò Vir ille ſermonibus Sancti, Socioque ipſius univerſa peccata; in confeſſione detegens diſpoſuit ſuam Domum, & ad mortem ſuſcipiendam ſe quantum valuit praeparavit. Intraverunt tandèm menſam, & incipientibus aliis manducare,

care, Hoſpes ſubito ſpiritum exhalavit; juxtà verò hominis Dei repentina morte ſublatus, ſicquè factum eſt hoſpitalitatis gratia promerente, & juxtà verbum veritatis: Prophetam recipiens mercedem Prophetiae accipiet Matth. cap. x. num. 41. dum per Sancti Viri pronunciationem propheticam, Miles ille devotus, ſibi contra mortem inopinatam providit.

In hoc eodem Oppido (Waddingus ibidèm proſequitur) acceſſit ad eum paupercula quaedam fermè integro nudo corpore ſuam inediam repraeſentans, & petens aliquid, quo poſſet operiri, ſtatim Vir Sanctus mantellum ſuum obtulit dicens, ut quanto citiùs vadat, & curet ex eo ſibi tunicam, vel veſtem conſui. Reſpondenti, palliolum illud non ſufficere, dedit etiam, & Socii, inquiens: Frater, ut hujus cooperiatur nuditas, ſufferamus aliquantulum temporis algorem, &c. Tunc etiam repentè ſanavit nanum quemdam Albertum nuncupatum, Pluviam item petentibus dedit, Solemque reduxit, & quaſſantes ranas, dum praedicabat, à rumore compeſcuit - Miles autem, qui in ejuſdem Seraphicis brachiis deceſſit, Oddonus Celanenſis Comes, & Raynaldi filius, juxtà Phoeb. in Vit. B. Thom. à Celano, fuiſſe quibuſdam videtur. Clariorem Oppidum hoc fecere Beatus Thomas ſupra enucleatus, necnon S.S. Simplicii, Conſtantii, & Victoriani Oſſa, Celani aſſiduis prodigiis, ut ſupra diximus, coruſcantia. E' quodam etiam Monte S. Fran-

Franciſcus ibidem moram faciens, flumen conſiderabile oriri fecit, quod teſte Joanne Argolo de acq. Marſ., per totum Celanenſem agrum tranſcurrens, cum Fucino denique inundat, & hic fons aureus a Ferrario in Cathalog. Sanctor. fol. 545. nuncupatur, apud Montis Piſicini radices, de quo hi verſus a Fantaſtico olim facti ſunt.

Quas ſitiens muſco bauris ſub fornicae duxit
Marmoris è venis has. . . . . aquas
Sic olim Hebraeus populus miracula Moſis
Obſtupuit, fontem, quem dedit icta ſilex
Ergo meritò jactent ſe Moſe ——
Quos alit —— Marſicanus ager.

Ex his itaque uberrimè pateat Celani vetuſtas, & dignitas, quum etiam Oppidum caput totius Status ſit, omniaque Oppidola ipſi ſubjecta dicantur, ultra quae, alias praeludiales inſequendo memorias, rursùs ſcire pretium operae duximus, quod ante dictum tempus, quum Petrus Celani Comes partes Othonis Saxoniae Ducis in Imp. inaugurati, atque Innocentio III. ſub anno MCXCVIII. Regnante depoſiti foviſſet, ex priſca in Mag nates Svevos ira, ut Frederico contrairet Gualterio Brennae Comiti Frangiginae, qui ex Juribus Sybillae, Tancredi Normandorum progenie Matris, Regnum Neapolitanum vindicare affectabat, vires ſuas accomodaverit; Et ut foedus, quod cum illo injerat, fortiori vinculo ſolidaret, nuptias cum Margarita illius Nepte celebravit; Colennuccius verò, etſi Berardo

nupſiſſe, quem Petri filium facit, aſſeveret, certum tamen eſt, quod Gualterius anno MCXCIX. jura Regni perturbabat, tunc, & per inſequentes annos Petrus Berardi filius, Comitatus Celani dominio potiebatur, defuncto itaque, & victo Deopaldo Duce, Gualterio, ab incaeptis non deſtitit, ſed in Saxonis Ducis confoederationem incidit, quem armis, pecuniis, & conſilio adjuvit, ejuſque praecipua induſtria, Apuliam, aliaſque Regiones circa ſubjecit, & poſt Friderici electionem ad Alemaniam rediit, ut in fide contineretur. Inviſum ideo novo Imperatori Comitem, qui ex Sicilia ad Regnum cum Exercitu venerat, illum Comitatu ſpoliavit, de quo Innocentii PP. Fratrem, nomine Thomam, infaeudavit.

Quum enim Comites ipſi a Friderico diſſentirent, clamque partes Othonis faventes, plura in Regno machinarentur, Imperator ſedatis Alemaniae tumultis, mortuoque Innocentio, Italia repetita, atque Honorio III. Sabello Romae coronato, Soram primum expugnavit, & Riccardum illius Comitem vinculis emancipatum, in Capuanis Carceribus cuſtodiri juſſit. Celanum indè obſidione cingens, quia Thomas illius Comes, fuga arrepta, Domum ſe receperat, illud funditus diruit, omniaque ita ruinis miſit, ut etiam illi nomen delendum, Caeſareumque appellandum praeceperit, de quo facto quemdam hos verſiculos occinuiſſe, Odoricus Rinaldus Annal. tradidit.

Vi-

Digitized by Google

Vires, & nomen Celanum perdit, & omen
Fertur Caeſarea, caeſaque facta rea.

Et ut ad rem accedamus, inſtante ſubindè eodem Honorio III. apud Imp. Fridericum, ut Celanenſibus jam diverſis in Regionibus deperditis, indulgeret regreſſum, paternis id impetravit ſuffragiis, unde hi poſtliminio jure potiti, illud in meliori loco, ſitus apricitate, Coeli temperie, viarum diſpoſitione elegantius, inque amabili clivo, etiam nunc Eccleſiarum, Palatiorumve magnificentia ſpectabili, rurſus conſtruxerunt. Acceſſit Oppido Principis Aula polito lapide ad arcis formam conſtructa, quadrilateribus Turribus, & antemurali munita, quam Antonius Piccolomineus Amalphitanus Dux, & Comes, Pii II. Nepos, pro dominantium, adverſus contumacium motus ſecuritate plantavit, quo praeſidio pluries inhabitantes bellantium impetum eluſerunt; teſtis eſt de hactenus dictis hiſtoria Marſorum libr. III. capit. VII.

Quamobrem, ut dicebamus tam priſcis, quam ſubſequentibus temporibus, Arx dicta ſemper fortiſſima fuit, ut Pignattell. Conſult. Canonic. tom. 4. conſult. 17. n. 45. expreſſit, dixitque ibidem Marſicanos Epiſcopos tempore ſuſpecto, diu permanſiſſe. Aggreſſio autem anni MDCXLV. Cliternis Populis facta ab Julio Pezzola nequiſſimo Viro, una cum quingentis exulibus, nunquam Oppidum aggredi valentibus, jam omnibus liquidò patet; Et non ſolum enun-

ciata Aula fortis eſt, ſed etiam nobilis, ubi olim Comites reſidebant, & anno MDCXCVII. Excell. D. Julius Sabellus, hujus nobiliſſimae proſapiae ultimus Celani Comes, necnon Excell. D. Catharina Juſtiniana Sabella Uxor, pietate, ac omni clementia erga ſubditos, magnanimitateque verè Principes decorati, illic diu ſunt commorati, unde poſt Aulae inſtaurationem, ibidem has literas reliquere.

GIVLIO PRINCIPE SAVELLI
Duca di Marſi, Conte di Celano,
Barone di Piſcina, e ſuoi anneſſi,
Conte di Cincione,
Principe del Sacro Romano Imperio,
E di Venafro,
Mareſciallo perpetuo di S. Chieſa,
Cuſtode del Conclave,
Grande di Spagna,
E Cavaliere del Toſſon d'Oro,
Padrone perpetuo di tutta la Religione
Di S. Franceſco
MDC XCVII.

Antea verò alia in porta, ſequens adſervabatur inſcriptio Michaelis Peretti, etiam tunc Celani Comitis, & Sixti V. Nepotis, quae ad vetuſtatis teſtimonium relata, hujus tenoris eſt.

MI-

Digitized by Google

MICHAEL PERETTUS ROMANUS PRINCEPS VENAFRI, MARCHIO MOMENTANAE, CELANIQUE COMES.

Et tanti ſemper Celani Arx exiſtimata eſt, quod mihi innuere libet, bellorum temporibus, Hiſpanos milites a Proregibus, & Praeſidentibus illuc miſſos fuiſſe, ut Cives experti ſunt, noſtriſque diebus anno MDCCVII. antequam Inviĉtiſſimus Carolus III. ab Auſtria, nunc Carolus VI. Imperator Auguſtiſſimus, Neapolitanum adipiſceretur Regnum, D. Hieronymum Aquavivam Ducem Atri, nuper vita funĉtum, qui olim Andegavenſibus ſavebat, ibidem diù cum exercitu manſiſſe, planum eſt.

Thomas de Celano.

His itaque ad Coronidem praemiſſis, ad Epiſcopos ibidem natos, ut ordo expoſcit iterum accedendo, Thomam prius incognitae ſtirpis inſerimus, qui non patria Theatina, ſed Celanenſi, Marſorum Epiſcopus fuit, anno MCCCXXXVI. cujus meminit Ughellus Ital. Sacr. tom. I. col. 983.

Ray-

Digitized by Google

Raynaldus de Celano.

Rurſus Raynaldum quemdam deCelano,exBerardis adferimus, qui Innocentii III. nobilis Alumnus, Subdiaconus, & Cappellanus, demum Archiepiſcopus Capuanus fuit, anno MCCIV. juxta Ughell. to VI. col. 406., & Toppium in Biblioth. Neap. pag. 269

Raynaldus de Celano alter.

Raynaldus alter Comitis Celani pariter filius, & Capuanus quoque Archiepiſcopus, qui vivere deſiit anno MCCXXII. ſubitanea, & improviſa morte, correptus, ex relatis ab Ughello to. aeque VI. col. 410.

Nicolaus de Celano.

Item Nicolaum habemus, qui ex Praepoſito Eccleſiae D. Joannis de Celano, ad Marſorum Cathedram a Capitulo Celanenſi tunc temporis hanc facultatem habente electus, confirmationem ab Innocentio IV. Pontifice Max. XIII. Kalend. Julii MCCLIV. obtinuit, aſt quum Praepoſitura ejuſdem Nicolai, Guidoni Apoſtolico ſubdiacono, quem modo etiam Prothonotarium vocamus, collata eſſet, omnibus laetitia fuit, quemadmodum ex Ughellio Ital. Sacr. col. 981. tom. I. Phoebonius in Catalog. Epiſcopor. Marſor. pag. 29. ſcripſit.

Cae-

Digitized by Google

Caeſar Petius.

Ibidem quoque diù micavit nobilis Petiorum ſtirps, quam a Salernitanis ejuſdem nobilibus deſcendere, ego Neapoli in quodam liberculo M. S. comperi. Ex priſca enim Celanenſi familia, Caeſar Petius natus fuit, qui Epiſcopatum Sulmonenſem, & Valvenſem habuit, anno MDCXVII. teſte Phoebon. hiſt. Marſor. libr. I. cap. XI. pag. 57. De eo meminit etiam Ughell. tom. I. col. 283. Salernitanumque dicit, eo quia, ut ſupra diximus, nobilis haec familia è Salerno oriunda fuit. Familia quippè nobilis, ſanguine conjuncta cum Piccolomineis Balzarani Dominis, a Celano deſcendentibus, necnon Silverianae ſtirpi, Soderinae, aliiſque Aquilanis jam omnibus compertis, quaeque tamen Petiorum ſtirps, nupèr extincta, hanc prius habuerat inſcriptionem in Eccleſia S. Angeli Monachorum Coeleſtinorum, relatam in Marſorum Hiſtoria lib. III. pag. 236.

Vitae Largitori Deo, dum ſpiritus in Superis, ut
Tumulata ſuis, Poſterumque ſuorum Corpora quieſcant
Hic propè Altare ab ipſis Erectum, decoratum, & dotatum
Indicus, & Franciſcus Alexander de Petio V. I. D.
Quos Baro Mut. ex Utr. Parente Partenopes Angelo
E' vetuſta Petia Colon. Gente, & Ioanna Corriali
Antiquae Comitum Terrae Novae procreatus Amalphiae
Ducibus apprimè car. Celani ex Uxore Olympia Silveria
Pic-

Piccolominea de Soderinis, natione Etruſca reliquit, mutationem
Meliorem in Domino expectantes
Hoc anno Salutis M DC XXXV.

Praedictus autem Caeſar, inſcriptionem hanc, vivens, propè viam, quae ducit ad Conventum S. Mariae Valleviridis, poſuerat.

AQVAM DIV PRORSVS DEPERSAM
HVC REDVCENDVM CVRAVIT CAESAR
PETIVS EPISCOPVS VALVEN.
ET SVLMONENSIS
M DC XVI.

Et ibidem hanc etiam poſitam per Fabium Petium Doctorem, ut jacet, inſerimus.

M D LXXXVII.
VT NON MAGIS SIBI QVAM
OMNIBVS PRODESCET
FABIVS PETIVS PICCOLOMIN. D.
R. . . . . &c. . . . . .

In hac eadem familia floruere Indicus praedictus, Fabius, Joſeph Senior, & inter caeteros Franciſcus Juriſconſultiſſimus, qui inter caetera munia, Aquilae, primus Regiae Rotae Auditor fuit; Tyberius etiam doctrina micavit, qui in ſuae familiae Altari Deiparae Lauretanae in Eccleſia S. Joannis de Celano dicato, ubi ejuſdem ſtirpis ſepulcra exiſtebant, Indulgentiam prò fidelibus Defunctis obtinuit, quemadmodum ex marmorea Tabula ſequentis tenoris ibidem poſita, ſatis ſuperque liquet

GRE-

GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam, & omnium ſaluti. Paterna charitate intenti, in Terra multa pietatis, officiaque, nos prò munere noſtro fidelium animarum ſaluti amplius conſulatur, quo circa Eccleſia S. Joannis Terrae Celani, Provinciae Theatinae (quia tunc eadem in Provinciam Aquilanam revocata non erat) *Praepoſito in dignitate principali octo Canonicis, & ſex perpetuis Beneficiatis in Sacerdotio conſtitutis, & jugibus Sacrificiis ibi Domino famulantibus ornata, nec ſimili uſque adhuc privilegio decorata, & in ea Altare S. Mariae ſitum in Cappella Petiorum Piccolomineorum, quod non eſt majus, hoc ſpeciali dono illuſtretur, auctoritate nobis a Deo tradita, concedimus, ut quoties ab aliquo Sacerdote dictae Eccleſiae, dumtaxat Miſſae Defunctorum ad praedictum Altare celebrabuntur, prò anima cujuſcumque fidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, Ipſa de Theſauro Eccleſiae Indulgentiam conſequatur, quatenus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Beatiſſimae Virginis Mariae, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque Sanctorum meritis ſuffragantibus, a Purgatori poenis liberetur. Datum Romae Apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominae M D. LXXXI. XVI. Kal. Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Decimo M. Datarius Cae. Glorierius adeſt. . . . . Joanne Alexiis S. Regiſ. apud Caeſarem ſecret. Tiberius Petius Piccolomineus Sacellum a majoribus conſtructum, & dotatum inſigni prò mortuis privilegio, decorandum curavit.*

Et in d. Cappella, in qua Petiorum Viri, &

Mulieres ſepeliebantur, quum inſcriptiones ullae haud ſint, excepta ſuperius enunciata in Eccleſia S. Angeli poſita, nos eidem extinctae, etſi itidem elogia ponere non valeamus, hic tamen ad perpetuam rei memoriam ſequentem inſerimus inſcriptionem.

Benè ominare Lector Magnis multiſque Viris.
Literis, & armis Illuſtribus
Immortali poſteritatis recordatione digniſſimis
Ex praenobili Petiorum Celanenſi familia
Quorum honorificas
Sepulcrales deperditas memorias
Redivivas hoc monumento facere curabat
Anno M DCC XII.
Petrus Ant. Ab. Corſignani.

Eccleſia verò ſupradicta S. Joannis, ubi Praepoſitus olim Epiſcopalia Jura exercebat, cum Mitrae, & baculi uſu, inque novem convicinis Caſtellis, juxtà Ughell. Ital. Sacr. tom. 1. in Dioeceſ. Marſ. ut dicebamus nuper recenti aedificio Celanenſium pietate decorata fuit, ut ex inſcriptione ſupra Altare Majus in proſpectu poſita, haud hic omittenda liquet.

D. O. M.
Templum hoc Divo Joanni Baptiſtae,
Quo Majorem inter Natos Mulierum veritate ipſa teſtante Sanctitas non peperit, ſanctiſque Simplicio, Filiiſque ejus Conſtantio, & Victoriano, qui Marſorum Provinciam Sanguine pro Chriſto effuſo illuſtrarunt, dicatum, Vetuſtate jam pridem rude hoc pene collabens, Celani Civium Pietas erga Patronos optimos, in auguſtiorem hanc
For-

Formam reduxit Anno a partu Virginis
M DCC. VII.

Et ſupra Oratorium dictae Eccleſiae, ſic etiam legitur.

A. M. D. G.

Celeberrimo futurae Gloriae pignori, Sanctiſque Mart. Simplicio, Conſtantio, & Victoriano Celani Patronis, veteres, veraque fide jurant . . . Sacellum hoc Sacris Phaleris ornatum P. an. Iubilaei
MDC XXV.

Bernardinus, & Jacobus Nepos de Sylveriis.

Gloriatur aeque Celanum de alio Antiſtite, Bernardino ſcilicet Eccleſiae Theramenſis, anno MDXLV., ex familia Sylverii Piccolominea, necnon juxta Phoebon. hiſtor. Marſor. libr. I. cap. XI. pag. 57. de Jacobo Silverii etiam Aprutino Epiſcopo, qui Concilio Tridentino interfuit, ut videre eſt in Cathalogo relato poſt Concil. Trident. ſub Julio III. juxta editionem Venetiis apud Georgium Valentinum 1615. pag. mihi 335. Siquidem inter caeteras familias nobiles Celanenſes, Silveria luxit, & Piccolominea eidem conſanguinea, quae teſte eodem Phoebonio d. hiſt. Marſ. libr. III. pag. 235. (licet ibidem mox extincta) tunc ex vera Piccolomineorum familia a Pio II. ex Laodemia ſorore Pontificis deſcendebat; Jacobi autem praedicti, qui Neapolis deceſ-

Digitized by Google

ſerat Oſſa, Alexander ejus frater Celani Patritius, ad Eccleſiam S. Angeli Coeleſtinorum, ubi haec inſcriptio legitur, reducenda curavit.

Jacobo Sylverio Piccolomineo Terami Principi,
Comitique Biſenii S. Secundi, & Iuris majoris perpetuo
Commendatario Generis nobilitate, vitae integritate,
Divini, humanique Juris, & aliarum diſciplinarum
Eruditione Inſigni, ac liberalitate ſingulari, qui cum
Terami in magno Civium diſſidio, tumultaque ſumma cum
Omnium Laude. Annos XXVIII. rexiſſet Eccleſiam
Multis in Concilio Tridentino laboribus egregiè ſuſceptis
Neapoli vita functus, magnum ſui deſiderium omnibus
Reliquit, vixit annos LIII. Menſes VI. dies XV. obiit ſexto
Kal. Octobris MDXLI. Alexander Silverius
Piccolomineus Frater, & ex Teſtamento haeres Huc Oſſa
Reducenda curavit, & ſua impenſa maeſtiſſimus Poſuit.

Notandum tamen, quod praedictus Bernardinus ex dicta Aprutina Eccleſia, ad Archiepiſcopatum Surrentinum translatus fuit, Ughell. Ital. Sacr. tom. VI. pag. 779. Romae denique objens, ad Eccleſiam S. Mariae Valleviridis Celani, adque celebratiſſimam Sylveriorum Cappellam, a Raphaele Urbinate depictam, quae vulgò Paradiſus vocatur, ſuum Corpus Joanni Carolo Fratri, ex Teſtamento reducendum praecepit, ut factum eſt, & ex ſequenti marmorea tabula ibidem poſita manifeſtum venit.

D. O. M.

Bernardini Archiepiſcopi Surrentini, Piccolom.
Familia clari, animi Innocentia, dignitate Pontificia,
De-

Delatumque a Paullo III. Supremum Domus Magiſtr.
Modeſtia ornavit, atque ingenti bonorum omnium
Merore quinquagenarius, Sanctiſſimè obiit, Corpus ab
Urbe Joannes Carolus Silverii Frater Amantiſſimus
Ex ejuſdem Teſtamento obſequen. juſſu, allatum, & ſine
Pompa, ut vides, hic quieſcit Anno MDII.

Caeterum non omitto, quod praedicta familia Silveria locupletem legatum reliquit pro tribus ſtudentibus, ac puellis dotandis, quae adhuc in Urbe exiguntur.

Frater Sabinus.

Frater Sabinus de Celano fuit Epiſcopus Guardienſis anno MCDXIX. teſte Ughellio Ital. Sacr. tom. VIII. col. 430. his verbis. *Frater Sabinus de Celano, Ordinis Min. Epiſcopus Guardienſis, ſub Archiepiſcopo Beneventano anno 1419. hic, ut Waddingus tradit, Marrochiorum in Affrica inſtitutus eſt Vicarius, propter abſentiam Epiſcopi Oves negligentis.* Emendatur Toppius in Biblioth. Neap. fol. 273. qui Sabinum hunc, de Cellino, pro Cellano fecit. Veritas enim eſt, quod Waddingus, & Toppius errarunt, dicendo Sabinum è Cellino, Oppidolo quoque in Aprutio prope Theatinos, quum re vera Sabinus Celanum in Marſis, ut notum eſt, Patriam habuerit.

Tho-

Thomas de Celano.

Hic Celani ortum habuit ex incognita ſtirpe, qui ex Monacho Benedictino Abbas Sublaci electus, munus ſibi commiſſum mira dexteritate complevit. Refertur autem fuſiùs in Chronaca Sublacenſi, è Bibliotheca Barbarina mihi commodata, in qua M. S. cap. XXVII., & XXVIII. polito ſermone ſequens Bullae a Bonifacio IX. factae, exordium legitur.

BONIFATIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam. Juſtis, & honeſtis ſupplicum votis, illis praeſertim, qui quietem, & commodum, ac pacem Perſonarum, ſub Regulari diſciplina Deo famulantium reſpicere dignoſcuntur, libenter annuimus, illaque, quantùm cum Deo poſſumus, favoribus proſequimur opportunis. Olim ſiquidem prò parte dilectorum filiorum Thomae de Celano Praeſulis, Abbatis, & Prioris Conventus Monaſterii Sublacenſis ad. . . . . Ordinis S. Benedicti nullius Dioeceſis &c.

Datum apud S. Petrum 14. Kalend. Aprilis Pont. Anno primo Ind. —— . . . .

Loco ✠ *Sigilli*

. . . *Secret.* . . . .

CA-

CAPUT X.

De Viris Celanenſibus Militia, ac titulis, Illuſtribus.

Leonellus Acclozamora Celani Comes, & Civis.

ABſolutis itaque omnibus, (quos ſcivimus) Epiſcopis in Marſorum Regione, necnon Celani ortis, ad nobiles familias, atque inſignes Viros in literis, & armis promiſcuè accedendo, placet per conſequens, Celanenſes prius, deinde alios proſequi; Inter quos Acclozamora familia Celani quoque reſplenduit, aevo praeſertim Leonelli Acclozamorae Comitis egregii, liberalis, probatiſſimi Viri, & in bellis, rebuſque arduis Alphonſi Regis ab Aragonia fideliſſimi Ducis, Jacobi Caldarolae Diſcipuli, hic inter Viros Illuſtres adlecti, qui Coeleſtinis multa praedia, cum ſua Domo, quae nunc Monaſterium eſt, donavit; extat ejuſdem memoria in lapide ibidem poſito, obſcuris hiſce notis.

Me

Me complere fecit Leonellus
Accloẓamora, Monachorum
Vitam in melius reforman......
Anno Domini
MCDLI.

Donationum autem exemplaria, quibus in hiſce dictandis fuerat uſus praedictus Leonellus, apud Ughell. Ital. Sacr. de Dioeceſ. Marſor., & Phoebonium leges. Leonellus etiam Vir doctiſſimus, & prae caeteris ſtrenuus fuit, ac in bellis, cohortibuſque dicti Alphonſi Regis fideliſſimus, quum plures hujuſce hoſtes ipſum expugnaſſe legatur, & ob id nomen optimi Ducis in Italia fuit adeptus, terror belli, ac medium pacis vocatus eſt, in pace autem ſuos Coeleſtinos Celani multum dilexit, ut jure merito eidem poſtea defuncto, Monachi eadem in Eccleſia, ſequens monumentum grato animo, poſuerint.

Leonelli Accloẓamora Comitis,
Regi Alphonſo ab Aragonia
In arduis fidelis, ac de Coenobio
Benemerentis, Oſſa hic humantur.

De familia verò praedicta tractarunt Scipio Ammiratus *delle Famiglie nobili di Napoli* parte II., Carolus de Lellis de Familiis Regni parte III. fol. 35. uſque ad 45. & de Joanna quadam ejuſ-

ejuſdem Leonelli uxore, Summont. Hiſt. Neapol. libr. v. par. 111. pag. 331. Itaque, ut dicebam, praedictum Monaſterium S. Angeli antiquiſſimum eſt, ac valde opulentum, ubi Abbas Mitratus cum multis reſidet Monachis. Eccleſia verò nuper magnificentiae reſtituta, variis Indulgentiis, & Regum Privilegiis reſpectivè decoratur, inter quae, ſequentes literas in libro Magni Archivi dictae Eccleſiae fol. 101. deſcriptas, & a nemine hactenus inſertas, referre ad ornatum exiſtimavimus.

BONIFATIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis filiis, Priori, & Conventui Monaſterii S. Angeli de Celano per Priorem ſolito gubernari Ordinis Caeleſtinorum Marſicanae, Dioeceſis ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Sacrae Religionis rebus, qua devotum, & ſedulum exbibetis Domino famulatum promeretur honeſtas, & votis veſtris, illis praeſertim, perque utilitas veſtri Monaſterii, & animarum ſalus procuratur, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus: nuper ſiquidem verè poenitentibus, & confeſſis, qui in feſto S. Michaelis de Menſe Maii, Eccleſiam Monaſterii S. Angeli de Celano Ordinis Coeleſtinorum, Marſicanae Dioeceſis devotè viſitarent, annuatim, & ad conſervationem ipſius Manus porrigerent adjutrices illam Indulgentiam, & remiſſionem Peccatorum, quam viſitantes Eccleſiam B. Mariae de Portiuncula, alias dictam

de Angelis extrà muros Aſſiſinat. 1. *&* 2. *diebus Auguſti*, *praedicta auctoritate quomodolibet conſequantur*, *duximus concedendum*. *Nos igitur cupientes*, *ut fideles ipſi ad eamdem Eccleſiam S. Angeli viſitandum*, *& ad hujuſmodi conſervationem manus adjutrices*, *ut praemittitur*, *porrigendum*, *eò libentius animentur*, *quo ex eò ibidem majus animarum commodum ſe ſperaverint adipiſci*, *veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati*, *vobis*, *& ſucceſſoribus veſtris*, *qui prò tempore fuerint*, *duos Presbyteros idoneos*, *ſive ſeculares*, *ſive Religioſos*, *prout vobis viſum fuerit expedire*, *confeſſiones quarumcumque Perſonarum a die dicto feſti*, *& per quatuor dies ante*, *vel duos alios dies continuos hujuſmodi Feſtum immediatè ſequentes*, *ad Eccleſiam S. Angeli praefatam confluentibus*, *& ipſis confiteri volentibus in dicta Eccleſia S. Angeli audiant*, *& perſonas eaſdem ab omnibus eorum peccatis*, *niſi talia ſint*, *propter quae merito ſit Sedes Apoſtolica conſulendum*, *in forma Eccleſiae conſueta abſolvant*, *ipſiſque poenitentiam ſalutarem injungant*, *& aliaque circa praemiſſa fuerint facienda*, *ſingulis annis in eadem Eccleſia S. Angeli deputandi*, *ac hujuſmodi Presbyteros amovendi*, *& alios de novo eligendi*, *quibuſcumque contrariis nequaquam obſtantibus*, *plenam*, *& liberam auctoritatem praedictam*, *tenore praeſentium concedimus facultatem*. *Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis infringere*, *vel ei auſu temerario contraire*; *Siquis autem hoc attentare praeſumpſerit*, *indignationem Omnipotentis Dei*, *& Beatorum Petri*, *& Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſum*. *Datum Romae apud*

S.

S. Petrum xi. *Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno nono Loco* ✠ *Sigilli. Plumbei pendentis Bonifatii Papae noni &c.*

A. de Portugruajo &c.

Jo. de Bononia Secret. &c.

Ac ſub die x. *Novembris* 1339.

BONIFATIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Univerſis Chriſti fidelibus praeſentes Litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Licet is de cujus munere venit, ut ſibi, ac ſuis fidelibus dignè, & laudabiliter ſerviatur de abundantia ſuae pietatis, quae merita ſupplicum excedit, & vota benè ſervientibus ſibi multa majora retribuat, quam valeant promereri, nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei, quaſi quibuſdam allectivis muneribus, Indulgentiis videlicet, & remiſſionibus indulgemus, ut exindè reddantur Divinae Gratiae aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii S. Michaelis Arcangeli de Caſtro Celani, Ordinis Coeleſtinorum Marſicanae Dioeceſis a Chriſti fidelibus congruis honoribus frequentetur, & etiam conſervetur . . . . . eo libentius Cauſa devotionis confluat ad eadem Eccleſiam, & ad conſervationem ipſius, Manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem, dono Coeleſtis gratiae uberius conſpexerint, ſe refectos de Omnipotentis Dei Miſericordia,

& Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè poenitentibus, & confeſſis, qui in Feſto ejuſdem S. Michaelis de Menſe Maii dictam Eccleſiam devotè viſitaverint annuatim, & ad conſervationem hujuſmodi manus porrexerit adjutrices, ut praefertur illam Indulgentiam, & remiſſionem peccatorum concedimus, quam Eccleſiam B. Mariae in Portiuncula, alias dictam de Angelis, extra muros Aſſiſinat. 1. & 2. die Menſis Auguſti viſitantes, annuatim authoritate Apoſtolica, quomodolibet, conſequantur; Volumus autem; quod ſi alias viſitantibus, dictam Eccleſiam S. Michaëlis, vel ad ejus reparationem, ſeu Fabricam, aut conſervationem manus porigentibus adjutrices, aut alias inibi pias eleemoſynas erogantibus, ſeu alias aliqua alia Indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum, duraturam per Nos conceſſa fuerit, praedicta alias facta conceſſio nullius exiſtat roboris, vel momenti. Datum Romae apud S. Petrum. Quarto Idus Novembris Pont. noſtri Anno IX.

Loco ✠ Sigilli Plumbei pendentis Bonifatii Papae IX.

Pe. de Raconibus

Jo. de Fulgmeo Secret. &c.

Sequitur ibidem Regis Diploma circa nundinas, quae olim inibi fiebant, fuitque conceſſum die xv. Martii MCCCXCIX. hujus tenoris.

LADISLAVS DEI GRATIA.

Ungariae, Hyeruſalem, Siciliae, Dalmatiae, Croatiae, Serviae, Galitiae, Lodomeriae, Cumaniae,

niae, Bulgaraeque Rex, Provinciae, Forcalquerii ac Pedimontis Comes, &c. Univerſis, & ſingulis praeſentes Litteras inſpecturis tam praeſentibus, quam futuris, qui noſtrorum fidelium utilitates, & commoda cupimus, eis cum poſſumus debita juvamenta paramus; ſupplicationibus itaque pro parte Viri Magnifici Rugerii Celani Comitis Conſiliarii, ac Univerſitatis, & hominum Caſtri Celani noſtrorum fidelium dilectorum, noviter Culmini noſtro reverenter effuſis, benignius inclinati, eidem Comiti, & Univerſitati, & hominibus dicti Caſtri Celani, tenore praeſentium de certa noſtra ſcientia, ſpecialique noſtra Gratia concedimus, & perpetuò indulgemus, quod in praedictò Caſtro Celani, intus, vel extra Caſtrum ipſum Annis ſingulis de menſe Maii in feſto B. Michaelis celebrantur dies nundinarum omnium venalium generales, liberae, immunes, franchae, utique exemptae, duraturae per octo dies, hoc modo videlicet per dies quatuor Feſtum hujuſmodi praecedentes, & alios dies quatuor immediate ſequentes, diei Feſto in ipſis diebus quatuor ſequentibus computato; In quibus quidem Nundinis volentes, undique conveniat libere, ad vendendum pariter, & emendum, dummodò aliae Nundinae ipſae celebrentur, & fiant, abſque diſpendio Reipublicae, & praejudicio vicinorum. In cujus rei Teſtimonium praeſentes noſtras litteras exinde fieri fecimus, & magni pendenti Majeſtatis noſtrae ſigillo juſſimus communiri. Datum Capuae anno Domini 1399.

Loco ✠ *Sigilli &c.*

Od-

Oddo, & Rugerius de Rugeriis.

Ex nobiliſſima Rugeriorum ſtirpe Celanenſi nunc extincta, Comites ſuere, quorum apud Summont. hiſt. Neap. pag. 367. mentio habetur, & apud Hiſtoriam Marſorum libr. III. cap. IV. ubi refertur quidam Oddo Rugerius, cui Sanctus Franciſcus hoſpitio receptus, inter epulas, ut alibi diximus, mortem praedixit, animamque commendavit. Rurſus poſt haec altero ſaeculo, alter Rugerius eluxit, qui ejuſdem S. Patris Ordini adſcriptus, mundi relicta pompa, vitam Sanctè ita geſſit, quod ſanctiſſimè obire meruerit, & in Eccleſia ſub ejuſdem Seraphici invocatione, in Oppido Caſtri veteris cum ſequenti memoria, tumulo datus eſt.

III. Kalend. Martii Anno M.
CCC XC. III. obiit Magnif. Vir.
Rugerius Celani Comes in delendae
Memoriae in Caſtro Galliani decima
Indictionis Luna octava ſiſtente
In ſigno Cancri paucis poſt horam
Nonam in die Mercurii.

Franciſcus, & Bernardinus Equites.

Anno M D. claruerunt etiam Franciſcus Rugerius, Militiae Sanctorum Mauritii, & Lazzari Eques, & poſt eundem Bernardinus anno M D XL. nunc ve-

verò miſerabili ſtatu ſubſtantiam, nobilitatem, prolemque deplorant. Extabat quippe Bernardini Equitis praedicti Sepulcrum in Oratorio Sancti Joannis de Celano, propè S. Catharinae aram, mox temporis voracitate collapſum, ſed teſtimonio Phoebonii hiſt. Marſorum lib. III. pag. 154. probatum, quod ita ſe habebat.

D. O. M.
Bernardini de Nobili Ruggerii
Familiae oriundi. Hoc Corpus
Requieſcit in Tumulo. Spiritus
Autem Aſtra Beata colit;
Qui, & Saepe opere, & conſilio
Domum re illuſtravit, ac
Rexit ſublatus inopinata
Morte Amicos, domeſticos, Parentes,
Atque Patriam denigravit; Tandem
In ſuo noviſſimo fine una omnium
Suorum Civium voce ejus Vita
Summis lacbrymis comprobata
Fuit. obiit Anno Domini M. D.
XXXXV. Die VIII. Octobris

Familiae quaedam antiquae Celanenſes.

Rurſus clariſſimae ibidem fuere familiae Celania, & Caldoria, de quibus obiter loquutus eſt Summont.

mont. hiſt. Neapol. lib. v. par. I I I. pag. 333., quae omnes extinctae ſunt, licet è Celania Neapolim etiam tum translata, Carolus Doctor deſcenderit, qui Cathedralis Eccleſiae S. Januarii Canonicus, ac Juris Peritus celeberrimus factus, teſte Toppio in Biblioth. Neapol. litt. C. pag. 58. in lucem ediderit opera novem, Rethoricos, & Poeticos Diſcurſus continentia, quae apud Toppium videnda ſunt; vivebat is anno MDCLXX., & Pompejo Sarnellio, alibi a nobis commendato, amiciſſimus extitit.

Petrus Marſus, Comes.

Inter caeteros, etiam Petrum Comitem Celanenſem adſerimus, quem Odericus Raynaldus in Annal. memoratur tom. XXI. pag. mihi 25., ubi ſcribit, quod ineunte anno MCXCIX. Marcualdo ferociſſimo Duce, qui etiam Siciliam ferro, flammiſque foedaverat; & tranſeunte per Venafrum, Caſtroque S. Petri, metu ab Incolis igne deleto, illius Ducis milites S. Victoris Oppidum vi caepiſſe; hi enim, quum ultrò venerant, ut annonae defectu obſeſſos ad deditionem compellerent: Licet Pontifex Innocentius III. Jordanum titulo S. Pudentianae Presbyterum Cardinalem, atque Octavianum Subdiaconum cum unciis auri mille quincentum ad Petrum jam dictum Comitem Celanenſem miſiſſet, ut commeatus obſeſſis ſuppeditaret, Comes tamen maximam pecuniae partem in proprios avertit uſus.

CA-

CAPUT XI.

De Celanenſibus doctrina Inſignibus.

Julianus de Celano.

ITem hic inter Scriptores Julianum de Celano eligimus, qui ſcripſit ſuper Canticam, ex Bibliotheca Claſſica fol. 80. teſte Toppio in Bibliotheca Neapol. pag. mihi 162.

Livius Roccus, & Thomas.

Hic opuſculum, teſte eodem in Biblioth. Neapol. pag. 335. necnon Leone Allatio in Drammaturgia pag. 246. praelo dedit.

La pazzia di Pamfilo. Favola Boſcareccia. Ferrariae per Victorium Baldinum Anno MDCXIV. in 12. eluxit quoque ibidem Thomas Celanenſis, qui cum Rugerio Aquilano celebratiſſimo, virtute praeditus, Miles, & Dux ſtrenuus Anno MCCXXVIII. vivens, deſcribitur ab Oderico Rynaldo Annal. tom. XIII. pag. mihi 386.

Joannes Franciſcus Marozzius, Camerini, vel parum longè natus, poſtea in Curia exacta Legum peri-

tia ornatiſſimus U.C.J.clar.mem.Cardinalium Aleſſandri Montalti, & Paulli Sabelli, quum gravia negocia perduxerit, Status Celani Auditor, & Vicecomes ſimul, aut Generalis Miniſter factus eſt. Celanum igitur ei fixa ſedes contigit, ubi ad prima ſui genii Poeſeos, ac Muſicen oblectamenta reverſus, varios, ut communi fama volunt, Italicos ſcripſit verſus, Tragica compoſuit opuſcula, quae minimè aevulgata ſunt, ac in aliis animi ornamentis ſe exercuit. Nec ob id Juriſprudentiam omiſit; quoniam tanta juſtitia fuit in negociis explendis inſignitus, quod omnibus comitate charus, immo propter ejuſdem Bibliothecam, quum Sanctorum Patrum, Theologorum, tum Legalium Auctorum, aliorumque graviſſimorum operibus decoratam, quae biſmille florenorum in pretio erat, chariſſimus extitit; demum vero, tantò cohoneſtatus honore, ac munere, ſumma cum prudentia peracto, circa medium tranſacti ſaeculi, Celani vitam clauſit, & ſui nominis gloria, Civium verò dolore, periit.

Joſeph Corſi, & Dominicus Buſſinus J. U. D.

Claruit etiam anno M DC XL. Joſeph Corſus de Celano, celebris Romae Phonaſcus, qui multas compoſitiones ad rem facientes, ibidem luci commiſit; illam praeſertim, *La Stravagante*, vocatam, & ab aliis Phonaſcis magni etiamnunc aeſtimatam, cujus initium eſt: *Era la notte oſcura*; Is vero ob quoſdam li-

libellos famoſos, ultimo damnatus ſupplicio, ob artis excellentiam, exemptus eſt. Fuit item Celani Dominicus Buſſinus, Doctoris Blaſii filius, qui Romae Juris Laurea inſignitus, Columnenſibus, apprimè Charus, multis guberniis praefuit, ubi Repertorium Juris, quod apud me Proneptem adſervatur, accuratè digeſſerat, ſed morte in juventute praeventus, illud minimè evulgavit.

Aſcaniūs Ciaccia J.C.

Fuerat quoque ibidem Aſcanius ex familia Ciaccia, quae omninò defecit, qui Juris Conſultus factus, S. Joannis Praepoſituram tunc mitra, & baculo exornatam habuit. Floruit etiam dicta familia Tyburis, quae è Celano deſcendens, inter Patritios cooptari licet mereret, nunc tamen ibidem quoque extincta eſt.

Alexander Piccolomineus, & Baro Valerius Mattuccius.

Quibus ſanè Alexandrum Piccolomineum Celanenſem, mihi addere liceat, qui J. U. D., quadam Abbatia locupletiſſima, quae a Cardinali Matthejo ejus conſanguineo renunciata fuerat, una cum Praepoſitura Celani, tunc, ut dicebamus, mitra, & baculo decorata, fruebatur, obiit circa annum M DC....

Mattuccia Stirps, prius Theatina, exindè Marſa, quae Petranicae Faeudum diu habuit, noſtris diebus rerum viciſſitudine, haereditariis praediis, atque deſcendentia periit; Enim verò poſt multos Juris Conſultos, atque Barones Marſis datos, denique Valerii bonarum literarum amatoris, ac ultimi Baronis obitu, Neapolis anno (ut ex notitiis habitis) MDCXCVI. finem habuit.

Philippus de Celano, & Paullus Jorii J. C.

Eſt hic inſerendus Philippus non de Ceccano, ut quidam perperam ſcripſit (cum in toto Aprutio, quod ſciamus Oppidum talis nominis non aſſervetur), ſed de Celano Ordin. Convent., qui ſub Martino V. Pontifice, Poenitentiarius Baſilicae Apoſtolorum Principis, teſte Waddingo Annal. tom. v. ſub anno MCDXIX. num. 5. fuit.

Paulli Jorii pervetuſti Civis Celanenſis, cujus agnatio haud modo reperitur, perennem gloriam nequaquam omittendam eſſe putavimus; Is enim Juriſperitia fulcitus, quicquid doctrina acquirebat, ſic Divina lege mandante, pauperibus erogabat, immò frumenta, quae ex ſuis praediis habebat, illis quoque largiebatur. Eccleſiam S. Franciſci Conventualium, jam fatiſcentem, denuò conſtruxit, ipſiuſque Fratres haeredes inſtituit, Solemnem Miſſam quolibet

bet die in Eccleſia S. Joannis prò Diſcipulis celebrandam cum eleemoſyna ordinavit, & ſcuta ſexaginta pro honorariis literarum Praeceptoris, annua proviſione reliquit, caeteraque egit; Adſervatur verò illius, atque probae mulieris Dianae Uxoris Epithaphium, in Choro praedictae Eccleſiae S. Franciſci, quod ad verbum reſcripſimus.

Paullus Iorii I. V. D., & Diana
Ejus Uxor Conventu, ac Fratribus
Bonorum ſuorum omnium haeredibus
Delegatis; Hic tandem in Pace
Requieſcunt.
Conventus idem, & Fratres
Liberalis . . . Teſtatoribus . . . . ad
Pr. R. M. P. P.
M DC XX. . . . .

Fecerat is quoque dictae Eccleſiae fornicem, arcuatumque tectum jam vetuſtate collapſum, in cujus medio haec leguntur verba *Paulli Jorii*, & *Diana Coniug. orn. M DC I.* Item Altare ſub invocatione SS. Aſcenſionis, cum aſſidua Miſſa prò ſuorum ſuffragio conſtruxerat, & reſpectivè dotaverat, teſtis marmoreus eſt lapis, ut ſequitur, qui propè dictum Altare poſitus, cernitur.

Paulli Iorii a Celano I. V. D.
Teſtator. Iuſſu. Fratreſ. S.

Fran-

Digitized by Google

Franciſci Haeredes Sacellum
Hoc Conſtruct. dum Curarunt
Anno D M DC. VL.

✠
I H S . . . .

Pompejus Galloſius J. U. D.

In hoc eodem Templo, inque ſiniſtra Ara SS. Conceptionis, mox obiter enucleanda, Galloſiorum nunc etiam deletorum inſcriptio, mihi videtur perlegi, in qua quidem Pompejum fuiſſe habemus S. Joannis, tunc temporis mitratum Praepoſitum S. Teol. excellentem Profeſſorem, necnon alios, qui ex marmore liquent.

D. O. M.
Sacellum hoc in antiquiore forma
A Petro Paullo Galloſio
De Anno M D. XII. fundatum
Et Immagine Conceptionis
Glorioſiſſimae Virginis depictũ,
Et ab Ar. Et Med. Doctore
Dño Matthe̶o Filio, ut die
Lunae pro Defunctis Sacra
Celebraretur ſub A. M D. LXX.
XVII. Ex Teſtam. fuit dotatum
Nunc ab iſtius Filiis D. Pompeo
S. T. D. ac S. Ioannis Praepoſito

Doct.

Doct. Med. Lutio, & Notario
Scipione, ex Teſtam. Dominae
Franciſcae Sororis Novi Iura,
Et Lapidibus reſtaurari Cur.
Necnon Conceptionis Immagine
Signiri, & PP. iis Impenſis depingi
Mandarunt Anno M CD X.

Rurſus in eadem Eccleſia prope Cappellam S. Bonaventurae, haec alia inſcriptio Brauſſi Piperni, cum proprio ſtemmate cernitur.

D. O. M.
Brauſſi Piperni Guard. Sumpt.
Sacellum hoc extructum, atque
Dotatum Anno M DC XVII.

Extat etiam eadem in Eccleſia noſtrae familiae Ara deauratis columnis decorata Deiparae Lauretanae, Diviſque Bernardino Senenſi, ac Marthae Virgini dicata, uſque, & de anno M DC LX. conſtructa. Ceterum memoramur, ut decet, ſequentes inſcriptiones, quarum prima in Eccleſia S. Mariae Valleviridis extat, explicatque illius conſecrationem, Anno Domini M DC LXXIV. factam.

Dominica Prima, & die Sexta Menſis Maii conſecrata fuit haec Eccleſia S. Mariae Vallisviridis Celani, ab Illuſtr. & Rev. D. Didaco Petra Marſorum Epiſcopo, ad preces P. Antonii a Sulmone, tunc temporis Guardiani Conventus, & aſſignata fuit prò annua celebratione dictae feſtivitatis, ipſamet prima Dominica Maii cum quadraginta diebus de vera Indulgentia eam canò-

nicè

nicè viſitantibus, & in Eccleſia S. Angeli Ordinis Coeleſtinorum, haec alia legitur.

Alphonſus Piccolomineus Amalphiae Dux Capeſtrani March. Celani Comes; & Regni Neap. Magn. Iuſt. Hoc ſub Lapide.
Tegitur.

Fr. Cornelius Carbonus, & alii.

Jam dictis hic adde Fr. Cornelium Carbonum de Celano, qui ex Ordine Min. Convent., virtute clarus, in Collegio Neapolitano S. Laurentii, Regens eſſe meruit, ex memoriis aſſervatis in Archivo Conventus Taleacotii. Obiit Ann. clↄ lↄcvIII. & in dicta Eccleſia tumulum habuit. Fuit aeque Vir celebris, ac Lectoris, & Concionatoris munere laudabilis, ſummo ardore, & induſtria, ſui Ordinis reliquos antecelluit; & ita famam ſibi adauxit, ut non modò Religioſis omnibus, ſed etiam aliis ſaecularibus charus extiterit, unde ingenii praeſtantia, ad altiora ſibi parabat aditum, ni tam citò denatus eſſet.

Fr. Caeſarius de Celano Ordinis Min. Oſſerv. S. Franc. inter Religioſos ſuos, haud ſecundus effulſit: Etenim Provinciae curam, & Praeſulis munus, mira liberalitate, ac ſplendore explevit; Obiit in Conventus S. Mariae Valleviridis Celani, cujus fuerat filius, ea devotione, quam ſibi candidè vivendo paravit, & moriendo exercuit, Anno clↄ. lↄcc vI. Aſt ipſius mor-

mortem quidam è veneno propinatam credidere, quum is ob ſeveritatem erga vitia, in aliquorum invidiam inciderat, ſed morbi ſymptomatibus obſervatis, examinatiſque, cauſſaque in S. Congreg. Epiſcopor., & Regul. pluries diſceptata ſub hoc titulo Marſicana, ſive Celani praetenſi Veneficii, tandem ſuppoſitus reus, Anno MDCCVIII. abſolutus eſt.

Quibus ſanè praemiſſis innuo, ut lubet, Franciſcum Mariam Corſignanum, olim Piſae, nunc verò Florentiae publicum L.L. Interpetrem, Advocatum, & Poetam extemporaneum Ser. Florentiae Principis, de quo meminere eruditiſſimi Viri Antonius Dominicus Norcia in Congreſs. Liter. fol. 307., & alibi, necnon Creſcimben. in Com. hiſt. vulgar. Poeſ. tom. IV. Cujus ſanè ſtirpis exordium, ab Caſtello antea eodem nomine; poſt verò Pientia vocato, provenire malunt, quum Caſtellum antea fuiſſet aedificatum, juxta Ciaccon. tom. II. fol. 1204., & Leandr. Albert. Ital. Illuſtrat. fol. 60. Ex eadem Etruſca familia Joannem Baptiſtam prognatum eſſe conſtat, cujus majores ex Italia in Hiſpaniam, ſuperiore aevo diu vagantes, tandem Alycantem pervenerunt, ubi ad haec uſque tempora ejus familia viget, Virum plane literis illuſtrem hic ob mei erga ipſum benevolentiam memoriae commendatum. Caeteros autem Cliternum profeciſſe, domumque fixiſſe, a dicto Franciſco Maria, Viro caeteroquin integritate excultiſſimo, domeſticis ſchedis, pluribuſque Epiſtolis, mihi perſuaſum eſt; quod ſanè inſertum,

ut eidem, caeteriſque Amicis in Urbe doctiſſimis obſequerer, alicui fortaſſe improbatum, nec futurum reor, tum quia ex libro pervetuſto Cliteniae aſſervato in Archivo S. Angeli Coenobii fol. 828. hujuſce ſtirpis aliquos ante annum clɔ. lɔc. itidem extitiſſe planum fit, quum etiam ejuſdem cognomenti, & loci Caeſarem Poetam egregium floruiſſe, in Alpheſibeo, qui Poeticam hiſtoriam, tot laboribus, & notitiis illuſtravit, ſatis ſuperque patet: Etſi rerum viciſſitudine familia eadem ſorte, ac fortuna minimè floruerit. Verba igitur dicti Auctoris vol. IV. in Comment. ad dictam hiſtor. pag. 194. haec ſunt: *Ceſare Corſignani da Celano nella Provincia de' Marſi in Abbruzzo, & caet. laſciò M.S.S. varj componimenti Poetici, ed impreſſa del ſuo ſi vede un Opera Dramatica, intitolata: Sagra Tragedia, o Rappreſentazione di S. Orſola, la quale uſcì in Venezia l' anno* 1600. *in* 4. Ceterum ſequens elogium, nunc a nobis eidem exaratum, hic honoris gratia, ſcriptum eſſe voluimus.

CAE-

CAESARI CORSIGNANO
POETAE INSIGNI ANN. CIↃ.IↃ. DEFVEN.
MORVM HONESTATE, AC VIRTVTE
CLARISS.
REBVS IN AGENDIS DEXTERITATE
PRAEDITISS.
MARSORVM MEMORIAE PEREMPTO,
SED MOX LITERARIAE REIPVBLICAE
APOLLI ARCHADIAE COLLEG. CVSTOD.
GRATIA COMPERTISS.
ENING. BVRENS. PROCVST. GENER.
ARCHAD.
M. HIC P. AN. CIↃ IↃCCXII.

Ipſe verò edidi librum cum hac epigraphe -- *Avvertimenti Civili politici*, *e morali per un Giovane*, *che deſidera eſercitarſi ne' Governi*. Ad Em. D. Carolum Columnam, Romae per Georgium Plachum, 1708. -- Habeo opus -- *Hiſtoria dell' antico ſtato*, *e Contea di Celano con tutti li Conti di eſſo*, & alia quaedam M. S. teneo.

CAPUT XII.

De aliis Viris Marſis, Doctrina, & militia claris.

Antonius Epicurus.

PRoſequendo itaque alios Marſorum Scriptores, Antonium Epicurum refero, qui apud Marſos, juxta infracitandos Authores, natus, Patriam, ingenii promptitudine, ſcientiarum ve claritate, illuſtravit, inter alias namque animi dotes, quibus emicuit, Poeta, & Magiſter Portulanus in Regno Neapolitano extitit, propereaque laudibus ab Ammirato decoratus, in Opere — Li Retratti pag. 260. & 261. tom. 11. Opuſculorum, cujus verba penès Nicodem. in addition. Copioſ. ad Biblioth. Toppii fol. 18. leguntur, hinc Ammiratus in Dialog. nuncupato, *il Rota* pag. 406. inquit — *L'Impreſe di Epicuro ſon belliſſime* &c. ſed pag. 177. — *delle Poeſie del Rota*, ſequens carmen italicum, in morte ipſius factum, legitur.

Carco d'Anni, e d'onor Spirto gentile
Cui vinſe, e ſpenſe al fin giuſto dolore
Toſto, che uſcendo del mondano errore
Ebbe la vita il ſuo buon figlio a vile.

Tu

Digitized by Google

Tu con illuſtre, e fortunato ſtile
Or fera, or angue, or ſaſſo, or pianta, or fiore
Feſti parlar leggiadramente amore
Nuovo di Poeſia fiorito Aprile.
Epicuro che ſia, che mi conſole
Col fido affetto, e con maturi ſtudi
Colla ſoavità delle parole.
Ben ſiano i giorni miei poveri, e nudi
D'ogni piacer, poiche così ſi vole
O Decreti di morte iniqui, e crudi.

Et idem Rota in quodam alio carmine loco citato pag. mihi 153. ita concluſit.

Deh riſpondi Epicuro: a che più taci
Poſſon quetar le tue dolci parole
(Tanto Febo ti diè) ben grave affanno.

Nicolaus autem Franchus dialog. 11. pag. 94. ita inquit -- *Antonio Epicuro, Bernardino Rota, e Luigi Tranſilli in Napoli, prudenti Uomini ſono, ingegnioſi ſono, dotti ſono, a buoni Uomini, e ſtudioſi amici ſono, adunque nella lor Patria primi ſono*, & Sannazzar. in Elog. x. Archadiae, ſic caecinit.

Ma a guiſa di un bel ſol fra tutti radia
Epicuro, ch'e'n ſonar Sampogne, e Cetere
Non troverebbe il pari in tutta Arcadia.

Porrò illius ſpecialis Patria, eſſet praemittenda, ſi eadem comperi potuiſſet; ſcriptum namque reperitur teſtimonio ſequentium Auctorum, Epicurum, haud Neapolitanum, ut quidam perperam ſcripſere, ſed Marſum, & Vergilii Urſini, tunc Taleacotii

cotii

Digitized by Google

cotii Ducis ſubditum fuiſſe, Vergilio enim, ut alias diximus, Columnenſes in Ducatu ſucceſſere, qui Taleacotium, Avejanum, multaque alia Oppida tenent; Unde Taleacotianus, ſive Avejanenſis, aut alterius Caſtelli civis, an ſit, quum itidem, nec Epicura familia, nec caeterae aſſerventur memoriae, explanari non poteſt. Sanè hoc notandum reor, quod is è Patria diſceſſus, exindè Neapoli, ſtuduit, ſuoque aevo ſplendidiſſimè claruit, tempore praeſertim, quo Carolo V. Imperatori ex Africa feliciter redeunti, Neapolimve intranti, Arcuum, & Trophaeorum apparatu, Civium laetitia, publicae hilaritatis ſignificationibus, Symbola, inſcriptiones, & Epigrammata elucubravit, quae ſanè ipſius fortunae initium fuere, nam Vaſtii Marchionis ob id, Salernitanorumve Principis voluntate propagatus, Caeſari ab iiſdem commendatus, Secretarius, & Portulanus, ut diximus, effectus eſt. Auctus proindè fortunis Juliam Dadam Uxorem ſibi conjunxit, ex qua ſuſceptis liberis, & extincto Scipione filio, tanto dolore afflictus eſt, quod octuagenarius aegritudine effluxit, & in Eccleſia S. Clarae Neapolis ſequenti Elogio a me lecto, ac per Toppium relato in Biblioth. Neap. fol. 26., tumulo datus eſt.

Antonio Epicuro
Muſarum Alumno, Bernardinus
Rota
Primis in annis ſtudiorum Socio
Poſuit. Moritur octuagenarius

Uni-

Unico Sepulto filio. . . . Nunc
Et diù vivere miſer Cura.
M. D. LV.

Hujus praetereà meminere – Jovius in Opuſculo vocato – *Dialogo dell'Impreſe*, necnon Petrus Gravina in Epiſtol. Latin. fol. 181. & in libr. Poematum fol. 21. hos retulit verſus.

Ad Antonium Epicurum
De ocularibus ſpecillis,
Qui caligantes oculos, viſumque
Sodalibus Muneribus blandis,
Docte Epicure juvas.

Aſt Julius Caeſar Capaccius in Elog. lib. 11. fol. 288. ita ſcripſit: *Nec multarum Virtutum claritate nobilis Antonius Epicurus in Samnitibus apud Marſos, boneſtiſſimis Parentibus ortus, in hoc Templo jacebit inglorius, cujus Sepulcrum Bernardinus Rota Muſarum ſtudiis, & ingenuae diſciplinae Societate in D. Clarae ampliſſimo Templo Neapoli illuſtravit*, ipſius etiam vitam mox ſtrictè retulit eruditiſſimus Joannes Marius Canonicus Creſcimbenus in hiſt. vulgar. Poeſ. vol. II. libr. IV. n. 16. pag. 210. & volum. III. in Commentar. ad d. hiſtoriam lib. IV. n. 16. pag. 238., carmen ab Epicuro factum hoc initio reſcribens.

Qual va d'Egitto per mirar le tante
Ch'ivi ſon meraviglie, ò la grandezza
Di Menfi, o Tebe, e pur l'immenſa altezza
Dei van Sepolcri an par d'oſſa, e d'Atlante &c.

Æncomia quoque eidem a d. Bernardino Ro-

ta

ta facta, relataque a Capaccio loco citato, Elegiis exornata, multa ſunt, non hic noſtra incuria omittenda, inter quae unum ita legitur.

Quaeris, ut Hercule faetum lacrymabile Nymphae
Sit nova nunc chartis fabula picta meis;
Eſt Epicure nefas, tam chari juſſa ſodalis
Spernere Sancta jubet lex ita amicitiae:
Te Duce virgineis prima ora admovimus undis,
Vidimus, & Sacrum Religione Nemus.
Te Duce Caſtalium Pueri penetravimus antrum,
Caepimus, & tenuis tangere fila lyrae.

Rursùs has alias, idem Rota, Epicuro pro morte ejus filii, inferias ſolvit.

Quas tu debueras lacrymas mihi nate parenti,
Quae invenis, miſero ſolvere juſta ſeni,
Haec tibi fatorum non aequa lege paravi
Infelix Simulacrum, umbraque moeſta pater.
Et quando ſemper mecum tua vivet imago.
Sic tibi pro tumulo mens, animuſque patris.

Scripſerat is multa opera, ſed edidit tantum Coecariam nuncupatam, in qua candida elocutio legitur, ſicuti voluere Ammirat. d. pag. 260. & Capacc. loco citato, cujus quidem opuſculi, a nobis perlecti in Celebri Bibliotheca Doctoris Joſephi Valletta, Neapoli, Viri caeteroquin omni eruditione excultiſſimi, hic eſt titulus. *La Cecaria con un belliſſimo lamento del Geloſo, con la luminaria nuovamente con ogni diligenza reviſta, e corretta, dell'Epicuro Nap. Impreſſa in Vinegia per Gio. Andrea Vavaſo-*

re

Digitized by Google

re detto Guadignino l'anno 1541., chartulis tamen, & ſchedis, quae multae, ut dicebam, fuerant, teſte indicato Capaccio itidem fol. 289. multa quis elicere poterat, ni viduitatis dolore deperdita fuiſſent; Unde Bernardinus Rota, hiſce aliis verſibus, ipſum laudavit.

Tunc Epicure, jaces animae pars optima noſtrae
Tunè jaces charitum, Pieridumque Decus?
Iſque adeo immitis ſaevit lex improba Fati?
Uſque adeo in magnos mors furit atra Viros.
Tu poteras Blanda fatales voce ſorores.
Flectere, praecipites tu cohibere manus;
Et tamen ipſe ſiles nigro levis umbra Sepulcro
Nec vatem charites, Pierideſque juvant.
Debuerat laniata ſinum, crinemque ſoluta
Surripere a medio Calliopeiae rogo.
Ipſa tibi aeternas felicia pocula lymphas
Praebuit, & vellet ſerta dediſſe tibi;
Quae magni Crines olim cinxere Maronis
Quaeque Tibulle tuos, quaeque Petrarca tuos.
Excuſſit Laurus te moriente comas.
Diſſiluit ſummmo Parnaſſus vertice, & atra
Nube ſuum obduxit te moriente nemus.
Tum Phaebus cytharam perfregit pectine verſo,
Tum cecidit capiti Laurus amata ſuo.
Solus abit, ſolus montes, ſylvaſque perterrat
Flebilibuſque movet ſaxa, feraſque modis.
Non tantum Eridani cum flagravere ſalicta
Deflevit nati triſtitia fata ſui.

Infelix Phaeton animoſis perdite caeptis
Quid male caute petis? Cur tibi fata paras?
Metiri poteras annos, vireſque, animoſque
Aequa humeris aptet pondera quiſque ſuis.
At nos exemplum miſere terrere ruinae
Debuit, & poteram, non tamen abſtinui.

Pontius, mulier quaedam Marſa, & Tridulphus Marſus.

Sanè Pontius quidam Allonii filius, natione Marſus, celebratiſſimus vir, ſumma pietate, ac devotione reſplenduit, is enim Sancto Valentino Martyri, nobili, ac Patritio Atinati, Monaſterium jam a Saracenis deſtructum, non multò ante, reſtauraverat, teſtes ſunt Leo Hoſt. in Chronic. Caſſ. Marcus Anton. Palumb. Chronic. Atin., & alii relati a Fr. Bonaventura Taulerio Ord. Min. S. Franc. vivente adhuc Neapolis Patriae ſuae antiquitatum Perito hiſt. Atin. lib. v. cap. x. De quodam verò Tridulpho Nobili Marſo, & Gualtonis filio, qui ſubſtantiam propriam D. Benedicto obtulit, una cum Eccleſia S. Thomae in Petugne, & S. Magni in Caſtulo, Viro caeteroquin omni virtute claro, mentio habetur in Leon. Hoſtien. Chronic. Caſſinenſ. lib. II. cap. XXXIII., & celeberrimam Foeminam in Philoſophia eruditam, Marſorumque Comitiſſam, quae anno Domini MCCCCXXX. Eccleſiam S. Mariae de Lu-

co

co intra ambitum Primae Civitatis, mox dirutae ſiſtentem cum ſexcentum Terrae modiis, Caſſinienſi Caenobio obtulit (quod exindè Lucum Monachi Serraemonacaeſchiae Oppido cum Columnenſibus commutarunt) Chronicae Caſſinenſes lib. II. cap. VII. memorantur, libet etiam, nunc alteram foeminam Marſam inſerere, quae, ut ait Plinius libr. VII. cap. XIII. inter initia Marſici Belli Serpentem peperit, & Alcippe Elephantem.

Demum verò Antonius Galleſius, perperam dicitur Marſus a Toppio in Biblioth. Neap. pag. 29. cum revera fuerit Galleſius ex Civitate Galleſii, fuit tamen Doctor, atque Opuſculi ſequentis tituli Auctor: *De origine, & rebus Faliſcorum*, Romae divulgati Anno MDXLVI. in 4. item Domitium Marſum eſſe modo annuendum putarem, ni de iſto fuſiùs ſupra loquuti eſſemus.

Diſcretus a Tranſaquis.

Porrò Diſcretum hoc nomine vocitatum, Patriaque Tranſaquenſi, nunc etiam refero, qui ſtrenuus Miles anno MCCCI. cum Columnenſibus Principibus quum multa expleret, ignotus haud eſſe debet; fertur nanque, quod omnem ipſemet pugnando ſibi viam gloriae fecerat, itaut fortiſſimis Viris aequari meritò poſſet, praeter quae ſequentes literae, ut aſſolet in atrio Tranſaquarum Templi adſcriptae, memoriae acceſſiſſe videntur.

Digitized by Google

Diſcreto a Tranſaquis ſtrenuo,
Et Incomparabili Militi, Qui
Poſt multa prò Columnenſibus
Principibus gèſta Ioanne
Francorum rege Turcbas
Navali Praelio confligente,
Opere, ac Conſilio Praeſtitit.
Anno D M CCCI.

Bartholomaeus a Tranſaquis, Eques Joannes Ant. de Blaſiis, & alii.

Bartholomaeum autem ejuſdem Terrae, etſi obiter alias conſcriptum, hic tamen fuſius referendum eſſe putavimus; Is enim Peryclis prudentia, & Ciceroni eloquentia clarus, necnon Anacoretarum bonitate fulcitus, Divi Patris Coeleſtini P. P. V. priſcus Socius; & Diſcipulus extitit, primuſque illius vitae Auctor, quae poſtea Ciacconio de eodem Pontifice loquente teſte, ſub alterius nomine praelo data eſt. Viſitur ipſius memoria in Atrio ſupradicti Templi S. S. Caeſidii, & Rufini, hujuſce tenoris.

D. Bartholomaeo a Tranſaquis.
Ex primis Patribus Ordin. Coeleſtinor.
Ipſius S. P. Caeleſtini V. Inſtitutoris
Comiti in Religione, Famul. In
Pontificatu etiam Socio, & in Tribulatione
Vixit Anno M CC XC.

Joan-

Joannes Antonius de Blaſiis Eques...... a Traſacco, ſive Tranſaquis, qui propriis honoribus lares illuſtravit, non inglorius hic jacebit; Adeſt enim illius memoria in domo ſuae habitationis Tranſaquarum, ubi ſupra januam ſtemma proprium cernitur, cum cruce in Equeſtris Ordinis ſignum: E vivis autem abſque ſucceſſione deceſſus, tumulo, quod ſibi vivens cum hiſce notis in dicta Collegiata Eccleſia Loci poſuerat, datus eſt.

✠
Joannes Antonius de Blaſiis vivens ſibi
Poſteriſque ſua de ſe. . . . Filiiſque
Ciceronis Nep. . . . . ——

Liquet etiam integritas Ciceronis de Blaſiis d. Eccleſiae Abbatis non hic omittendi, ex hac tabula prope Altare S. Mariae ad Nives ejuſdem Templi poſita.

D. O. M.
Lector diſce novum amoris genus, una
Die utroque pariete, & hora
Avunculus, & Nepos Ciceroni de
Blaſiis utriuſque I. D. Eccleſiae
Collegiatae S. Caeſidii Abbati
Meritiſs. eximiae prudentiae
Viro, vitae integritate, & morum
Suavitate ſpectabili,
Paſtori in regimine ſui Gregis

Vi-

Vigilantiſs. aetatis ſuae
Annorum LII. & Menſ. V. . . . .

Patet item memoria Blaſii de Blaſiis, morum bonitate ſpectabilis, ex marmorea ſequenti tabula, ab ipſo Carolo Apono prius, qui decore vixerat, extructa, inque ſupradicto Altari hujus tenoris poſita.

D.
Carolo Aponi annorum aetatis
Suae VII. Menſ. IV. ex Sorore
Nepoti optimae indolis Puero,
Quem clariſs. ne relinqueret
Immortalis vitae periculis
Secum traxit ad immortalitatem,
Et quomodo in vita dilexerunt
Se, ita, & in morte non
Sunt ſeparati. Obierunt die
XV. Novemb. M DC XXX.
Blaſius de Blaſiis Utrique
P.

Fr. Rufinus de Luco.

Luci quoque Marſorum Oppidi prope Eccleſiam S. Mariae ex quodam lapide itidem poſito, T. Peticii L. Fr. memoria extat, ut ex inſcriptione inferius referenda patet. Quidam Fr. Rufinus de Luco, ut infra dicemus, librum hujus tituli: *La Forza del Divino amore* evulgavit. Lucum enim ex ruinis Civitatis Pinnae aedificatum, nomen hoc accepiſſe

reor

Digitized by Google

reor, a ſylvis eidem circumſtantibus, ſive a loco arboribus denſo, qui olim a Gentilibus, juxta Servium lib. III. Georgic. Diis ſacrabatur. Hinc Vergilium Æneid.lib.VII.verſ.799.de Feronia Junone Virgine loquentem, de hoc mentionem ita feciſſe ferunt.

——— Quis Juppiter anxurus arvis
Praeſidet, & Viridi gaudens Feronia Luco.

Ovidius autem in Faſtis libr.2. autumavit huic Oppido nomen dediſſe Lucinam a Poetis Deam lucis fictam, occaſione qua ipſa cum Circe Marſos petiit.

Gratia Lucinae dedit haec tibi nomine Lucus,
Aut quia principium tu Dea lucis habes.

Solebant nanque Idololatrae, circa eorum Altaria arbores plantare, eaſque intactas relinquere, ut collectus populus in opaco viridi, ſubve umbra commodius ſacrificaret, unde eodem Servio teſte, Vergilius idem Lucus, & Sacra ſemper conjunxit, ac in Scriptura paſſim de Lucis fit mentio, quum de idololatria agitur Exod. 34. Deut. 7. 12. 16. Judic. 3. Reg.17. *Feceruntque ſibi ſtatuas, & Lucos in omni Colle ſublimi &c.* ac in Deuteron. 16. *Non plantabis Lucum, & omnem arborem, juxta Altare Domini*: quare Lucum praedictum a Marſis Idololatris, & Gentilibus ob locum opacum, & viridem, ut dicebant antiqui, & non ob lucentes aquas, ut Phoebonius mox citandus cenſuit, poſt Pinnae ruinas, prope Fucinum aedificatum, ſicque dictum fuiſſe, arbitror, quod ſanè Oppidum etſi pulcherrimum ſitu,

quam

quum longum ſit ad ſuburbii formam, & recta linea prope Fucini ripam ad ortum Solis, in planicie, ubi Baccus ridet, compactum; Infelix tamen, ob aquarum ſurgentium carentiam eſſe videtur. Luci hujuſce meminit etiam, ultra Marſorum hiſtoriam pag. 141. lib. III. Cluverius de Ital. antiq. libr. II. cap. XV. fol. 770. n. 20. his verbis: *Apud ipſum Lacum* (ideſt Fucinum) *ab occaſu Solis hiberni, eſt Oppidum, vulgari nunc vocabulo Luco, unde a Plinio ibidem Oppidani Marſorum Lucentes dicti ſunt.* Ejuſdem item modernus Vincentius Coronellius in Biblioth. Univerſ. tom. 1. col. 326. meminit, eſt ibidem S. Joannis Eccleſia Collegiata, quae Canonicis, & Abbati Curato paret. Sunt etiam extra Oppidum Eccleſiae D. Antonio Abbati, & S. Mariae dicatae, necnon Eccleſia Cappuccinorum.

Fr. Bonaventura, Petrus Marſus, aliique de Caeſis.

Item alios enunciabimus literatos Viros, qui ob ſcientias, & virtutes, non inglorii ab hoc vitae ergaſtulo diſceſſere. Ponimus hic itaque Fratrem Bonaventuram a Caeſis (quod vulgo è Ceſe Oppidum Marſorum eſt), qui quum Seraphici Patris Socius amantiſſimus fuerit, tantum nominatur a Phoebon. hiſtor. Marſor. libr. 1. cap. XI. circa fin.

Petrum Marſum ex eodem Caeſarum Oppido oriun-

oriundum, eruditione, ſama, & ſcientiis inſignem, adnotamus, qui Commentaria in Sylium Italicum Venetis edidit typis apud Joannem Baptiſtam de Stortis anno MCDLXXXIII. in fol., necnon orationem de immortalitate Animae ad Eminentiſs. D. Raphaelem Riarium tit. S. Georgei Cardinalem, ac Papae Camerarium, Romae in 4., Item Panegyricum Innocentio VIII. dicatum in memoriam S. Joannis Baptiſtae. Ruſus Orationem habitam in die S. Stephani primi Martyris, Panegyricum in memoriam S. Auguſtini Eccleſiae Doctoris eximii, ad Ferdinandum, & Eliſabeth Hiſpaniarum Reges, aliaque Opuſcula ob temporis voracitatem difficilè expiſcanda: quam ob rem in eadem Alma Urbe Canonicus S.S. Laurentii, & Damaſi effectus, poſt vitam glorioſè peractam, aetatis ſuae annorum LXX. fato decedens, in eadem Eccleſia, cum hoc epitaphio ante majus Altare poſito, & relato a Scradero in monumentis Italiae, & in Marſorum hiſtoria fol. 230. necnon in Biblioth. Neap. Toppii fol. 248., ſepultus eſt.

PETRO MARSO.
Ædis bujus Divi Laurentii Canonico,
Viro doctiſſimo, Integerrimo,
Bonorum omnium honeſtate,
Votiſque expetito, Aſcanius
Marſus, Patruo benem. P.
Vixit ann. LXX. Menſ. II.

Meminit hujus Geſnerus in Biblioth. fol. 550.

a terg., necnon obiter R. P. D. Petrus Marcellinus Corradinus Setinus (olim in Alma Urbe Advocatus celeberrimus, & probatiſſimus Vir, mox verò S. S. Domini Noſtri Clementis Papae XI. Auditor, & Archiep. Athenienſis in ejus Latii deſcriptione diverſis in locis, qui etiam tractatum de praelationis Jure in Urbe, Orbeque clariſſimum evulgavit). Fit etiam dicti Petri Marſi mentio a Petro Ridolphino in prax. par. 1. cap. xv. n. 43. loquendo de Cortona ejus Patria. Dehinc haud inferiori virtute Paullus illius frater notatus eſt, qui licet ambitionis labe infectus, Piſcinae ſe ortum fecerit in Commentariis Faſtor. Ovidii, Venetiis luci traditis anno M DC XCII. & Baſileae apud Hervagium anno M DL. ultra quod opus, ejuſdem Naſonis Poemata necnon M. T. Ciceronis, & Horatii opera teſte hiſtoria Marſor. pag. 132., & 133. commentavit. Is tamen haud Piſcinae etiam in Marſis, juxta Toppium in Biblioth. Neapol. pag. 352. ſed quidem in Caeſis una cum ſupradicto Petro ejus Germano Fratre, auram vitalem hauſit. Ipſius etiam Paulli meminere citatus Geſnerus pag. 559. Nicodemus in addit. copioſ. ad Biblioth. Neap. Nicol. Toppii pag. 197. Franciſcus Floridus in Apolog. Latinae linguae Calumniator. pag. 115. necnon Sabellicus in Dialog. de Latin. lingu. Reparatoribus fol. 411., ubi de Paullo praedicto, ac de Petro ejus Fratre promiſcuè loquendo. - Paullus (inquit) cognomento Marſus, ſive natione Marſus, parum ne praeſtitiſſe videtur? Quidam ſignificanter omnes Ro-

ma-

manos ritus in faſtorum enarratione explicavit, quid in Poeticis apparatum dici poteſt, quod ille legentium oculis non ſubjecerit? ut auſim propemodum affirmare plus illius lectionem, quam Naſonis, cujus ſe interpetrem exhibuit, ad eruditionem conferre. Mira in homine dicendi facultas, atque eo majore admiratione digna, quo natura illa ad carmen multo, quam ad pedeſtrem orationem fuit promptior: Nullus noſtra tempeſtate extemporalior Poeta: Illius carmen eſt Faſtis inſertum, ex quo datur intelligi, quantus in Poetica futurus fuiſſet, ſi temperare voluiſſet ingenio. Praeſtitit itaque his in communem uſum omninò aliquid, ſed plura multa ejus conterraneus Petrus Marſus Caeſenſis. His non ad Poetas ſolum explicandos, ſed ad Oratores quoque, & Philoſophos ſtudium adjecit &c.

Fabritius de Britiis.

Fabritius de Britiis Marſus, Patria Arcebutenſis, ubi ortus eſt die XXVII. Auguſti, anno MDXCII., aetatis ſuae annorum XVIII. Societati Jeſu ſe adjunxit anno MDCX., & vota 4. nuncupavit: Is enim poſt traditas humaniores diſciplinas, Philoſophiam profeſſus eſt triennio, Matheſim quinquennio, Theologiam Scholaſticam Gennuae octennio, Moralem annis 13., & conciones ad Populum aliquandiu habuit. Vir omni literatura apprimè excultus; Redux demum in Provinciam Romanam, teſte So-

tuello in Biblioth. Scriptor. Soc. Jeſ. pag. 200. deſiit inter mortales vivere, Setiae die VI. Octobris MDCLVI. ediderat is, eodem Sotuello teſte: *Synopſim Scripturae Sacrae univerſae, ex probatis Auctoribus excerptam.* Genuae typis Petri Franciſci Barberii 1645. in 12. Poſt mortem verò ſequenti elogio in Archivo generali Soc. Jeſ. Romae comperto, mihique per erudiſſimum P. Pierantonium communicato, tumulo Setiae datus eſt.

Fabritius Britius Marſus
Ex Oppido vulgo Rocca di botte
Quatuor votorum profeſſus
In hoc Setino Collegio paucis
Interjectis ab adventu vita exceſſit.
Vir probitate morum aeque, &
Sapientia conſpicuus, doctrinae
Quidem ei apud omnes, praeſertim
Vero apud extraneos, opinionem
Philoſophiae, Mathematicae, ac
Theologiae variis in Urbibus
Honorifica praelatio, tum
Suave, ſuique liberale
Ingenium conciliaverant:
Nihil minorem dato undequaque eximiae
In proximo charitatis ſpecimine conſecutus
Probitatis eſt famam. Etenim
In procuranda per Sacras confeſſiones
Animarum ſalute, magnae ſemper Virorum,
Ac Mulierum ad poenitentiae ſellam

Fre-

Frequentia ad Dominicos, feſtoſque
Feriales etiam aſſiduae Eccleſiae
Operarius aggregabat. Si quae
Praeterea ſe offerent juvandi
Quoſcumque mortales occaſione
Ab eo corripiebantur impigrè, &
Tractabantur conſtanter &c.
Donec poenitentia, & Eucbariſtiae
Sacramentis rite munitus, maximo
Sui apud omnes relicto deſiderio,
Fato conceſſit. Cadaver conſueto
Patrum tumulo horis antemeridianis
Clauſis Eccleſiae . . . . depoſitum
Funebria Jura abſenſus caepit.

Fuit hic elevati corporis, rubicundi capilli, & coloris. In lucem ipſe quoque ſuppreſſo nomine dare curavit Vitam S. Petri Marſi Eremitae, Viterbii per Joannem Baptiſtam Piantamuram anno MDCXXI. dum in Collegio dictae Civitatis morabatur.

Joannes Franciſcus Naldus, & Bonifatius Gratianus.

Primus hic, Patria Arcebutenſis U. C. J. claruit Gubernator Veliternus, Turronis Bononiae Auditor, Vicarius Generalis Tyburtinus, ac Farfenſis, & ab Alexandro VII. uſque ad Praelati adventum, Camerini Locumtenens factus eſt, poſtea autem fuit in

Cu-

Curia Advocatus, quo in ſtatu laudatur a Petro de Murga in tractat. de beneficiis art. 1. q. 11. nu. 70. Octuagenarius exinde, ſtudiis, ac prudentia conſumptus, in Patria obiit anno MDCXCIX. die VI. Januarii. Patrem is habuit Franciſcum in Medicina clariſſimum, Romae Columnenſium Archiatrum, qui etiam antequam è vivis ibidem anno MDCLXXIII. abiret, ſequentem inſcriptionem domi propriae ſitam, reliquit.

Domum hanc a Franciſco Naldo Faven.
Oriundo jam conſtructam ante annum
MDXXIV. Poſt excidium Arcis
Samnitum, in qua Ducis exercuerat
Munus, tandem antiquitate ferè
Collabentem, Doctor Franciſcus Naldius
Romae commorans ab anno MDCXII.
Sub Auſp. Excell. Principum
Columm. reſtaurando, firmitati
Reſtituit, ac futurae aetati
Confirmavit, anno MDCLXVIII.

Bonifatius cognomento Gratianus, Patria quoque Arcebutenſi, celebris fuit Phonaſcus Domus Profeſſae Urbis, atque S. Ignatii Societatis Jeſu, editque viginti quatuor libros Muſicen continentes, teſte P. Dominico Pierantonii ſupra laudato, è Trebanis oriundo, Soc. Jeſ. in ejus Latii diſcriptione M. S. obiit Bonifatius Marini, Anno MDCLIV.

Lean-

Leander Galganettus.

In Celanenſibus ſuboppidis, inter caetera loca, ut retrorſum redeamus, Illud Colle nuncupatum II. M. a Celano diſtans eſt, inque planicie ſupra viam ad Piſcinam ducentem, ſitum videtur, quod quidem Mons Imaeus ante, ſubindeque Collis Imaeus, ſive Armeus, vel Armenus dictum eſt, Teſtis eſt Cluverius de Ital. antiq. libr. II. cap. XIV. n. 30. his verbis: *Mons Imaeus vocatur Collis Armaeus circa Lacum Fucini.* Hic ortum habuit Leander Galganettus Juris Conſultus celebris, Comes exinde Palatinus factus, & Aureatae Militiae Eques, in Romana Curia Advocatus, Judex appellationum, & nullitatum Urbis, Romanique Populi, ut dicitur Capitaneus, ſicuti ex epigraphe ſequentium operum liquet, & habetur apud Toppium in Biblioth. Neap. fol. 186. opera autem, quae ſcripſit, haec ſunt.

De conditionibus, & demonſtrationibus, modo, cauſa, & poena, tractatum; Venetiis apud Junctas Anno MDCXVIIII. in fol.

Gloſſas ad ſtatuta Almae Urbis Romae, auctoritate Gregorii Papae XIII. a Senatu, Populoque Romano edita, & reformata; Romae apud Typographiam Cameralem Anno MDCXI. in fol.

De tutela, & cura, Tutoribus, & Curatoribus; Venetiis apud Jacobum Tarſinam Anno MDCXVII. in fol.

De

De differentiis Individuorum Utriuſque Juris. Romae apud Gullielmum Facciottum Anno M DC XC. in 4.

De Jure publico, ſivè de legibus, & Magiſtratibus ſaecularibus, & regularibus.

De Judiciis publicis, & privatis.

De Pontifice, Imperatore, & Fiſco.

De re militari, & Civitate.

De muneribus, & honoribus.

Quae omnia edita ſunt Venetiis apud Junctas Anno M DC XXII. in fol.

Suppreſſo autem nomine, Syntagma communium opinionum, ſive receptarum utriuſque Juris Sententiarum tom. IV. Auguſtae Taurinorum, apud Joannem Dominicum Tannum anno M D XCV. in fol., ſcripſit etiam, ſed non edidit, teſte Toppio d.pag. 186.

De remediis ordinariis, & extraordinariis Utriuſque Juris.

De ſimplici, & miſto, & an ſub ſimplicibus mixtum contineatur.

Additiones de differentiis individuorum Utriuſque Juris Divini, & humani, necnon uſum Feudorum reconditae antiquae Juriſprudentiae, opus eruditione refertum, & alphabetico ordine digeſtum.

In hac eadem Terra Pictor eximius effulſit anno M DC XL. Franciſcus cognomine Paleottus, cujus etſi clara mihi aliunde notitia liqueat, ſequens tamen memoria in Altari SS. Conceptionis Eccleſiae S. Franciſci de Celano, his notis adſervatur.

M.

M. DC. XL.
FRANCISCVS PALEOTTVS
A COLLE ARMELO PINGEBAT.

Caeſar Macrinus, & Martinus Carſeolanus.

Caeſar Macrinus è Caſtro Vetere, quod apud Citeriores Samnites municipium eſt, ac olim Marſorum in Dioeceſi poſitum; Societati Jeſu nomen dedit anno M DC. aetatis ſuae XV. & votorum quatuor Sacramentum dixit. Diſciplinas humaniores, triennio profeſſus eſt, Philoſophicas decennio, Theologicas ſeptennio, multiplici eruditione conſpicuus; Emicuit in eo mirè magna animi dimiſſio, cum ingenii apice ſaederata, paupertatis Relligioſae fuit amator, & in morbis tolerantia eluxit ſingulariter. Deſiit inter mortales vivere in Collegio Neapolitano die IV. Julii M DC LI., ac ſcripſit quod poſthumis typis editum eſt, teſte Sotuello in Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſ. fol. 126.

De ſubſtantiis immaterialibus Selecta, ubi plurima nova, nec paſſim agitata ſubtiliſſimè diſputantur. Neapoli apud Lucam Antonium Fuſcum 1660. in 4.

Martinum verò Carſeolanum in Ordine Praedicatorum adlectum, inque ſtudiis Philoſophiae, atque Theologiae profectum, adnotamus, quum is ſub Joanne P. P. XXIII. Poenitentiarius Romae

Digitized by Google

ſuerit, necnon Auctor cujuſdam Chronicae *Martianae* nuncupatae, ut ex Volaterrano refert Toppius in Biblioth. Neapolit. lit. M. fol. 209.

Simon Carſeolanus, Franciſcus, & Marcus Antonius.

Rurſus Simonem a Carſeolis etiam adnotamus, qui in ordine eximii Doctoris Auguſtini adnumeratus, ſub Gregorio XI. celeberrimus Theologus, & Concionator, omni floruit ſcientia praeditus, ut ex eodem Volaterrano libr. XI. in ſua Antrhopolog. juxta editionem Frobenianam anni 1530. fol. 243. ac Toppio loc. citat. pag. 284. manifeſtum eſt.

Item Franciſcum è Podio Ginulpho, non multum a Carſeolis diſtante, ex Ordine Carmelitarum, Anno MDCLXXI incogniti pronominis reſplenduiſſe habemus, Concionatorem pariter, eximiumque Virum Romae, tunc temporis notum, ut in ſuis privilegiis, literiſve, quibuſdam vidimus.

Rurſus, Marcum Antonium Paciottum de Villa Romana Carſeolorum, Medicum apud Reginam Joannam Neapolis fuiſſe, ex Regeſtro magno Reg. Medicor. fol. 701. itidem obſervavimus.

Joan-

Joannes Paullus Flavius, & alii.

Nec etiam Joannem Paullum Flavium de Alba (Marſorum Civitate ſupra enunciata) omittere volumus, quum is luci expoſuerit opuſculum quemdam, hunc habentem titulum: *Oratio* in funere Paulli IV. Pontif. Max. Romae habita IV. nonas Septembris MDLXIX., Neapoli ex Typographia Matthiae Cancer, anno Reparatae aerumnae MDLXX. in 4. ut Nicolaus Topp. loc. cit. pag. 149. dixit.

Abbas Valerius ex nobili Familia de Blaſettis de Alba (quae conſanguinea fuit infraſcripti Franciſci Berardi Cuccini Capotii, aliarumque nobilium Familiarum) genus, ortumque habuit, qui latinae linguae peritus, laureaque Doctoratus ornatus, Romae amicorum praeſidio ſibi ſedem fixit, ubi a Columnenſibus gratiſſimè excerptus, ad arcanorum facultatem, aliorumve negociorum cauſſas, delectus eſt. Obiit annis tranſactis ea fama, quam eximia integritatis laude, ſibi, ſuiſque paraverat.

De quodam Joanne a Petrella (Oppidolo etiam Marſorum) ingente Viro, qui Sanctum Berardum Berardi Comitis Filium, Cardinalem, & Marſorum Epiſcopum ſupra allatum, a manibus Petri de Columna exemit, mentio habetur in prolog. vitae ejuſdem S. Berardi apud Ferdinand. Ughellium Ital. Sacr. to. 1. column. 966. lit. A.

Marcus Antonius Coccius Sabellicus.

Marcus Antonius Coccius Sabellicus, eruditus homo, juxta citandos Scriptores, in Vico Varronis viae Valeriae natus eſt. Valeriam autem Regionem, necnon Vicum Varronem, appellatum, olim in Marſis extitiſſe alibi diximus, ac probatur ex Mutio Phoebonio in Marſorum hiſtoria libr. III. cap. XIII. pag. 265. circa finem. Is enim ob eximiam virtutem, a Jovio in Elogiis, & Toppio in Biblioth. Neap. fol. 213. laudatus eſt. In lucem edidit, juxta Nicodem. adden. ad Topp. fol. 163. opera in duos, digeſta tomos, Rapſodiae hiſtoricae, Enneadum XI. quinque priores uno continentur, altero ſex reliquae cum D. Gaſparis Hedionis hiſtorica Synopſi, qua hujus Auctoris inſtitutum ſumma fide, & diligentia annum 1538. proſequitur. Veluti una his perpetuaque oratione res memorabiles ab Orbe condito in ſuum uſque tempus geſtae, ea perſpicuitate narrantur, & innumeri loci obſcuri apud reliquos hiſtoricos hic clariſſimè explicantur. Acceſſerunt libri decem exemplorum argumentis, & thematis inſtar locorum communium ordine diſtincti, unde de quavis re dicturo, non mediocre ſit adjumentum. Singulis ſuus adjectus index, & Auctorum, quibus tota hiſtoria nititur Cathalogi. Baſileae ex officina Herva-

vagiana MDXXXVIII. in fol. tom. II. Item eadem, anno MDLX. Baſileae per eundem Joannem Hervagium ipſe repurgavit, & caſtigavit, inque tomos quatuor deſtribuit. In primo autem tomo, teſte Nicodemo adden. ad Topp. loc. cit. continentur Rapſodiae hiſtoriarum ab Orbe C. Enneades quinque. In 2. tomo. Rapſodiae Enneades ſex. Rerum Venetarum ab Urbe C. decades tres, & quartae libri tres. In 3. tomo ſupplementi libris XXIX. In 4. tomo Exemplorum libri x. necnon ſequentia opera.

De Aquilejae antiquitate libri VI.
De Veneta Urbis ſitu libri III.
De Venetis Magiſtratibus liber I.
De Officio Scribae Dialogus.
De Latinae linguae reparatione Dialogus.
Epiſtolarum familiarum libri XII.
Orationes XII.
Poemata varia.

Rurſus hae alia ab ipſo vulgata ſunt, teſte Nicodemo ibidem fol. 164. *Interpretatio Paraphraſt. in Svetonium Tranquillum, & adnotat.* Ad Auguſtinum Barbadicum Sereniſſimum Venetiarum Principem, quae ſiquidem interpretatio adnotata etiam fuit a Cauſabono Celebri Viro, Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy; ſunt, & alia opuſcula a Sabellico noſtro compoſita, quae ibidem a Nicodemo referuntur. Meminit illius etiam Fr. Jacobus Philippus Chron. relatus adden. ut ſup. fol. 185. his verbis -- Marcus

cus Antonius Sabellicus Rhetor, & Hiſtoricus, atque Philoſophus peregregius, & peracutus, hac noſtra tempeſtate, non ſolum apud Venetos, ubi publico munere jamdiù mirificè docuit, ſed & apud univerſam Italiam, propter ipſius maximam eruditionem, & optimum dicendi modum, magno eſt in pretio. Hic autem praeſtantiſſimus, & eloquentiſſimus Vir in primis ex Cocceja nobili, vetuſtaque familia in Latio, non longè ab Aniene fluvio, in Varronis Vico natus, Joannem habuit Genitorem, quem & Romam ſub Pomponio, & Domitio peritiſſimis Doctoribus erudiendum tranſmiſit, ubi ejus commendatio circa Poeticam eluxit. Unde, & adhuc puer ad quinque millia carmina ſcripſit, quae pene omnia cum adoleviſſet, abolevit. Huic quippe ad omne ſcribendi genus tanta ineſt abundantia, ut cum opus ſit, minima quaeque, tanto nitore, & eloquentia depromat, ut legentibus quaſdam delicias offerre videatur. Eſt, & inſuper hic propter doctrinam Vir certè perhumanus, modeſtuſque, ac multa veneratione dignus. Is etiam compoſuit vitam S. Rocchi, qua & alia occaſione commendatus eſt ab Abbate Tritemio de Scriptor. Eccleſiaſt. pag. mihi 196. hoc exordio – *Marcus Antonius Sabellicus Vir undequaque doctiſſimus, Philoſophus, Orator, & Poeta omnium noſtrae tempeſtatis celeberrimus*, & vide Voſſium de hiſt. latin. fol. 669. 670. & 671. Meminere etiam de eo Pierius Valerianus libr. 1. de Literator. Infelicit. pag. mihi 28. Marraccius in Biblioth. Mariana par. 11. pag. 79. & Joan-

& Joannes Franciſcus Palladius hiſtoria del Friuli par. II. libr. II. pag. 87.

Antonius de Piſcina, & alii Piſcinenſes.

Porrò inſtante omnibus moriendi certitudine, cujuſdam Antonii de Piſcina memoriam perpendens, etſi incogniti pronominis, ipſum tamen ex Minoritis D. Franciſci celebratiſſimum Concionatorem enunciare arbitror, qui optimus fuit Relligioſus, ac diverſorum operum Auctor, vixit ſub Anno MCDLXIX. teſtibus Wadd. in Annal. Minorit. tom. VI. fol. 707. n. 21. & Topp. in ſua Biblioth. cit. fol. 31. Alterius autem Antonii pariter de Piſcina eximii Viri, idem Wadd. tom. VI. Annal. Min. fol. 202. meminit. Piſcinae quoque tres adſunt familiae Thomaſſettae, inter Patritias, & principales, ex una videlicet eluxit Abbas, & Marſorum Archidiaconus J. U. D. Fulgentius, qui ſuo nativo ingenii acumine prudentiae, inſignia documenta dedit in Vicariatu Aquilano, ac Theatino, quos glorioſè exercuit. Edidit etiam opuſculum quoddam Aquilae non nimis laborioſum in 8. de doctrina Chriſtiana tractantem; Et hujuſce ſtirpis liberalitas, olim Conventum Patrum Congregationis Matris Dei Pauperum Scholarum Piarum, ibidem funda vit. Alia ſimilis familia ab hac diſcreta Feudum Petranicae tenet; Alteraque vero Baroniam

Digitized by Google

niam Prezzae Oppidi habet, ex qua multi Illuſtres claruere Doctores, inter quos Paullus Antonius, olim Vicarius Generalis Marſorum, noſtriſque temporibus Joannes Baptiſta nuper è vita exceſſus, qui jam Romae Doctoratus laurea inſignitus, Advocatione, ac eodem Vicariatus munere functus eſt, quo aequa lance, omnibus ſatisfecit, unde plura commoda virtute ſua aliis etiam in oneribus ſubeundis celebris Vir, ac pietate ornatiſſimus, cunctis attuliſſe fertur.

Paduanus Capattus, in Medicina clarus, etiam de Piſcina, Philoſophus, & Aſtronomicus, ibidem adhuc vivens elaboravit, ac praelo evulgare conatur opera ſequentia.

Praxis medicinalis, juxta Hypotheſim Modernorum tom. 11. *in fol.*

Opuſculum de china china tom. 1. *in* 12.

Explicatio Aphoriſmorum Hypocratis tom. 1. *in* 8.

Paolo Zacchia de i Morbi Ipocondriaci, ridotto in Siſtema moderno tom. 1. *in fol.*

Il Siſtema placabile Teorico, Medico, Aſtronomico tom. 1. *in* 4.

Quoniam verò praefatae Urbis mentio nobis occurrit, recentiorem Villam Prezzoro, ſive pretii aurei dictam, parum a Piſcina diſtantem, adnotare arbitror, quae ad Oppidoli formam extructa, cum Palatio circa medium ſito, cumque Eccleſia D. Annae dicata, non vulgari mentione digna videtur. Sunt ibidem quolibet in anno in ejuſdem S. Annae feſtivitate, nundinae, a Carolo II. Hiſpaniarum

rum Rege eidem conceſſae ; Adſunt quoque domunculae quaedam cum magno recinctu, ubi varia clauduntur animalia, quò ſanè multi, etſi extranei viſendi gratia acceſſere: Primus autem ejuſdem Villae Auctor, noſtris diebus fuit, Joannes Antonius Simcobus nobilis de Piſcina, ut dicitur Graſciae Aprutii Capitaneus, rebus in agendis apprimè modo inſignitus, qui clarus, & charus multis Principibus, amiciſque extitit: Adhuc vivit.

D.D. Petrus de Ajello, & Franciſcus Maceronus.

Ultra ſupradictos in pag. 142., & 143. Ajelli Oppido ortos, hi quoque Viri micarunt eximii, Don Petrus videlicet de Ajello, qui Francorum Monachis diſceptantibus, ejectos Monachos a Gallo Generali Abbate, a Romano recipi per Apoſtolicae Sedis ordinem curavit, ut Galli praeſertim Italo Abbati obedientiam praeſtarent, unde Generalatus praeeminentiam, quum mereret; ita ſe geſſit, ut nullos prò viribus labores aufugiens, nec moleſtias excutiens, rabidos ſui gregis lupos quoſdam averterit, & paratus proprium adhuc ponere ſpiritum, errantium agnita piacula, vel abolere, aut operire ſedulus laboravit; ſic cruentus Pellicanus plurimos emortuos peccatores, & fratres redivivos erexit, D. Coeleſtino direxit, Vulpemque,

jam Chriſti vineam demolientem, aut exterminare curantem, jubente Domino in Canticis, amicabiliter caepit, demumque non quae ſua, ſed quae Domini ſunt, vigil continuò exquiſivit: unde etſi ſanguine ignotus, vel, ut reor, haud nimis clarus, propria tamen virtute, ſemetipſum reddidit illuſtrem. E' carnis ergaſtulo anno Chriſti MDCVI. die XIII. Novembris ſpiritum dimittendo, Aquilae in S. Maria Colliſmadii ſepelitur.

D. Franciſcus ex nobili Macerola, ſivè Macerona familia (ex dicto Oppido Agelli oriunda) nuper verò, ex principalibus, Patritiiſque Marſis, cura Abbatis Julii probatiſſimi Viri, Celanenſis facta; Aliquorum operum ineditorum Auctor, Ordini Coeleſtinorum adſcriptus, atque Abbas cum mitra, & baculo pro doctrina, & animi candore creatus MDCXXXVI. Aquilae in d. Templo noviſſimum expectat diem, teſtis M. Phoeb. hiſtor. Marſor. libr. III. cap. VII. pag. 239. quum verò ibidem abſque inſcriptione tumulo datus fuerit, nos amoris gratia, tantum Praeſulem, virtute praeſtantiſſimum, hic ſequenti elogio juſtè dignum, decoravimus.

D. FRANCISCO MACERONO PATRIT.
MARSO
GENERIS CLARITATE, VIRTUTE,
MORUMQ. PROBITATE EXCULTISS.
CONGREG. COELEST. S. BENED.
ABBATI DOCTISS.
HIC M. P. EST ANNO S. CIↃ. IↃCC. XII.
D.

D. Petrus Capocittus, & ejuſdem Nepos.

Propè verò dictum Oppidum, alterum CC. P. a Fucino diſtantem Circulum, vulgo (Cerchio) nuncupatum extat, quod fabulosè a Circe genus, & proſapiam jactare volunt, cui nuper Conventum Eremitarum Diſcalceatorum S. Auguſtini acceſſit. In praedicto Oppido ortus fuit Petrus Capocittus, qui etiam inter Coeleſtinos adlectus, ad Generalatus apicem nemine penitus diſcrepante, evectus eſt, unde ſuo dignè peracto munere, & quibuſdam Relligionis Regulis, ſanctè congeſtis, octogenarius ab hac vita migravit die v. Novembris anno MDLXVI., & in Templo S. Spiritus ad Murronem, ſepultus eſt.

Alter quippe ejuſdem nominis, & ſupradicti Nepos, Patrui virtutes emulatus, eidem Ordini ſplendore, & decore fuit, ut variis dignè prudenter, atque vigilanter expletis Officiis, ad ſupremum Regimen, non ſemel, ſed quartò aſcendere mereret; quinimo ita Relligioni conſuluit, quod depravatas Conſtitutiones, atque Relligioſorum aliquot mores corruptos, reſtaurare attentè curaverit, & ob id nomen Coeleſtinorum Reformatoris, adeptus eſt. Non parum Monaſteriis auxilium dedit, inter quae illud S. Euſebii de Urbe, jam vetuſtate collapſum, in ampliorem formam redegit; Cujus quidem notitiam

illius fundationem continentem, Romae typis evulgavit. Quum autem quinquagenarius ſcientia, & nomine clarus anno MDLXXXVI. Barlettae in Apulia deceſſiſſet, ad Eccleſiam S. Spiritus in Murrone, & ad aram paullò ante ab ipſo conſtructam, à D. Donato de Lathona celebri Viro Tarentino, qui in Paſtorali Officio eidem ſucceſſerat, XVI. Kal. Febr. Anno MDXCVI. teſte citato Authore hiſt. Marſ. pag. 240., translatus eſt.

Fr. Paullus Argolus, Marſus.

In Taleacotio, de quo pluries verba fecimus, ſequentes quoque Viri Literarum eximii auram vitalem duxere. Etenim ultra Epiſcopos, & Praelatos nobilis Argolorum familiae, ſupra in pag. 151. deſcriptos, hi etiam virtutibus clariſſimi fuere; Paullus nempe Argolus, qui poſt adultam aetatem, Ordini S. Franciſci adſcriptus, primo ibidem Philoſophiam appraehendit, & deinde Peruſiae, Neapolique altioribus incubuit diſciplinis, in quibus tantum profecit, quod aliis ſuae Relligionis ſtudio, quamprimum aequalis evaſerit.

Propalata deinde tanti ingenii celebritate, Romam mittitur, ubi mira doctrinae prodigia edidit; Diſceptationibus Scholaſticis in primis ingenii, acumen prodiit, & ob id Cardinali de Montelparo chariſſimus extitit. Extemporanee diſputabat abſque eo, quod dirimendarum controverſiarum prius notitiam ha-

haberet, quod ſaepè Neapoli, ſaepius Romae factum fuiſſe, Thomaſinus in Elogiis par. 11. pag. 305. memoratur. Quam ob rem Sixto V. tunc temporis in Petri Cathedra ſedenti, apprimè dilectus, Collegio D. Bonaventurae, cui tantum graviores Relligioſi adſcribebantur, is quoque ſuperioribus renuentibus Pontificis juſſu, adlectus eſt, ubi ante vigeſimum primum ſuae aetatis annum Doctoratus lauream adeptus, breviter Scotum, & D. Thomam, quos in propoſitiones totos digeſſerat, expolire, ac in lucem mittere, ni morte praeventus eſſet, moliebatur; Opus verò ſic in titulo videbatur: *Propoſitiones Paralellae, S. Thom. Aquin. & Scoti comparatae, examinatae, cribratae &c.* teſtes ſunt ultra Thomaſin. loc. cit. Fr. Joannes Franchinus in Biblioſophia Script. Franciſc. Convent. fol. mihi 592. & 597. Theulus in Triumph. Seraphic. & Paullus Phreher a Norimberga in Theatr. Viror. eruditione claror. to. 1. par. 1. ſect. 111. pag. 263. 95. Demum Roſiliani propè Barium Aquavivorum Principum precibus praedicans, ſtudii labore, eloquentiae exercitio, ſacri Jejunii macie, vigiliarumque nimia tolerantia, Anno MDXCI. è vivis demptus eſt. Gracilis erat, juſtae ſtaturae, coloris ſubfuſci, nigro capillo, cavis temporibus, gratioſo, & amabili vultu, ac moribus correctiſſimis, ut ex ejus effigie a Tomaſin. loc. cit. relata, & apud Fratres Conventuales Taleacotii aſſervata, ſatis manifeſtum eſt. Hujus autem mortis, multi doluere, ut Cardinalis Montelparus, Aſcanius Columna, & Bellarminus nondum inter Purpuratos adſcriptus, è

So-

Societate Jeſu recolendae memoriae, & Vir indicibili ſcientia, atque optimis moribus praeditus, haud Mundo ignotus: quinimo non tantum enunciati clariores Viri, ſed etiam Baronius, & Sarnanus illius ingenio, mirè delectabantur. Iiſdem quippe, atque Cardinali Alexandrino Familiaris extitit, necnon Altemps, atque Montalto Cardinali Peretto, ut Thomaſinus loc. cit. ac pag. 310. & 311. infraſcriptum illius referens Epitaphium, teſtatur.

Paulus eram, cui progenies dedit Argola nomen
A quo, ſed nomen non minus ipſa tulit.
Ingenii jaceo flos ipſa in flore juvente:
Da cineri flores, qui legis iſta meo.

Rurſus hi alii verſus etiam ſequi videntur, a Proſpero Argolo elucubrati.

Attigeras obita nondum trieteride quinta
Prima Juventutis limina Paule pede.
Cum cadis, & Sophiae tecum caecidere, ruitque
Cura boni, recti gloria laudis apex.
Intereaque tuae narratur mortis Origo,
Te Vigilem ſtudiis incubuiſſe nimis.
Argi nomen habes, nec defuit exitus: Argo
Mercurius nocuit, Mercuriuſque tibi.

Andreas Argolus, Eques.

Andreas Argolus fuit Mathematicus profeſſor, ac Scriptor omnibus notus, cui Leo Allatius encicIopedicus Vir, ſequentes verſus graeca lingua miſit, a Fran-

a Franciſco Lucido latinè redditos, & relatos ab eodem Allatio de Apib. Urban. pag. 30.

Sunt geminae aſtrigero ſiſtunt, quae ſemite Olimpo
Ulla, nec ad Superos quae ferat eſt alia
Mollem, Prutenicam dicunt, quam nomine doctus,
Indoctuſque ſubit, quos ſua palma manet.
Altera difficilis quondam monſtrata Tychone,
Haud ulli eſt hominum munere trita Deum.
Prutenicam ingrediens fauſto pede, primus adauxit
Argolus invidiae pabula triſtificae.
Nunc autem meliora edens ductore Tychone
Explicat ambiguum, molleque reddit iter.
Hinc adeo patefacta via eſt, ut nemo per altum
Ætera non Superum tentet adire Domus.
Nemo vagos meditans curſus, ſtabileſque recurſus
Non etiam certas videat ephemeridas:
Atque canat ventura ſimul, ſed nobilis ante
Incedens caetus Argolus unus ovat.
Utilior multo mortalibus iſte, Pelagis
Quam Pallas, Phrygibus Mars, Thetis ipſa Jovi.

Elaboravit, & in lucem miſit Tabulas primi Mobilis. Tabulas ſecundorum mobilium ſecundum Tychonis hypotheſes. Ephemerides ad longitudinem Almae Urbis ab Anno MDCXI. uſque ad MDCXXI. ex Prutenicis Tabulis ſuppotatas. Novas Coeleſtium motuum Ephemerides ad longitudinem Urbis ab anno MDCXX. Aſtronomicorum libros tres. Problemata Aſtronomica: Commentaria in Elementa Euclidis, Catholicae, & probatae Aſtronomicae

micae Epitome: Ephemerides Copernicae ab anno M DC XI. ad M DC XX. & ab anno M DC IX. ad M DC XI. completum. Ephemerides Tychonicae ab Anno M DC. ad M DC XX. & ab Anno M DC XL. ad M DC LX. Commentaria in libros quatuõr Ptolomei cum Textu Graeco, & Latino. De novis ſtellis noſtro Ævo genitis, aliiſque Phaenomenis. De diebus criticis, & decubitu Egrorum, Practicam Medicinalem. Iſagoges, & Canones abſolutiſſimos Praecepta omnia Aſtrologiae complectentes. Is etiam in Patavina Urbe Aſtrologiae publicus Profeſſor eluxit, proptereaque a Sereniſſima Venetiarum Republica, Sancti Marci Stemmate, Eques factus eſt. Innumeri ferè ſunt tanti Viri laudatores.

Joannes Argolus.

Ex hac eadem clara familia, Jo. Argolum habemus ejuſdem Andreae Filium, qui J. U. D. in Gymnaſio Bononienſi humaniores literas profeſſus, poſteritati publicè commendavit -- *L'Indimione Poema* Ad Excell. D. Philippum Columnam. Interamnae apud To. Huer. Anno M DC XXVI. 14. *Della Bombace, e Seta Idilio Traſformationi Paſtorali* Ad Mauritium Card. de Sabaudia, Romae M DC XXIV. in 12. Latinè verò *Epitalamium in Nuptiis D. Taddei Barberini, & Annae Columnae, Romae apud Impreſſores Camerales* M DC XXIX. in 8. Endimionem, Poema, teſte Allatio de Apibus Urbanis pag. 144. non plus an-

annos ſeptendecim, natus ſeptem menſium ſpatio confecit; Vulgavitque *Notas in Panvinium de Ludis Circenſibus*. Noviſſimè editas Patavii Typis Petri Mariae Frambotti Anno M DC LXXXI. in fol. *Jatrolauream Gabrielis Naudei Pariſini a Leone Allatio Graeco carmine inauguratam latinitati ab eodem donatam*. Elucubraverat inſuper uti legitur in Opere inſcripto: le glorie degl'Incogniti pag. 192. ubi ejuſdem quoque effigies. *Vitam Columellae. Vitam Curtii Ruffi. In Authorem ad Herennium Animadverſiones. Philippicam Ciceronis nomine in M. Antonium. De Aqua Martia Libellum. Commentaria in Tacitum. Notas in Juvenalem, & Perſium -- Indagines, ubi expunctiones Authorum, & eorum mendacia continentur. De Armamentario Navali Veneto Poemation. De ſtirpe Neptuni, vulgo Spoſalitio del Mare Poemation. De Pegmate ſubitaneae navis Poemation. Epulas Principis Elegias. Epigrammata. De Caede Neronis. Suaſoriam militum ad Alexandrum Magnum ne intret Oceanum. La Diſcordia Petronio, Sonetti, Canzoni, e Madrigali* -- Quae etiam omnia fuſiùs refert Carolus Carthar. in d. ſyllab. Advocat. Conſiſt. pag. 120. lit. A. B. C. & pag. 121. & Leonardus Nicodem. Adden. ad Topp. pag. 10. & 11. Joannes Fratrem habuit J. C. Sixtum, qui Eccleſiae Carmignani Patavinae Dioeceſis, Rector praefuit.

Gaſpar Argolus.

Hic Advocatus Conſiſtorialis emicuit, Vir do-

 ctiſſi-

ctiſſimus, & probus, qui Romae maximam ingenii opinionem excitaverat: De ipſo tractat Carth. in Advocatorum Conſiſtorial. ſyllabo pag. 120.

Proſper Argolus, & Paullus Eques.

Hic politioris literaturae cultor egregius, in ſummam Inimicorum incidit invidiam, quapropter immerito moleſtiis, carceratione, ac injuriis diu vexatus, incommodum ſanè magnum ſubiit. At Virtute, prudentia, conſtantia id evaſit, ex judicio, quo aſſolutionem cum gloria adeptus fuit. Opus celeberrimum compoſuit – *L'Origine di tutti i Titoli di Proſpero Argoli, dilucidata da' ſuoi manuſcritti dal Dottor Antonio Checchii*. Quod opus M. S. apud dictum Checchium Eruditum Virum Interamnenſem, Romae nunc aſſervatur. Obiit Proſper Romae, cujus oſſa jacent in Eccleſia Sanctae Mariae de Monteronis, in Regione Sancti Euſtachii, ubi perpetuam Cappellaniam ſibi, poſteriſque erexit, & dotavit, hoc epitaphio eidem ab eruditiſſimo, doctiſſimoque Equite Proſpero Mandoſio elucubrato, & ibidem poſito.

D. O. M.

Proſpero ex priſca, ac Nobili
Argolorum familia, Equitis
Andreae Viri celeberrimi
Filio non degeneri
Cum ingenio, tum prudentia,
Tum vitae integritate clariſſimo.

Po-

Politiori Litteratura laudabiliter exculto
In proſperis aequè, & adverſis
Immutabili conſtantia probato.
Qui ſic vivens ita moriens
Pietatem non mediocrem
Erga Deiparam praebuit,
Spectabilem Tumulo ſibi Electo
In iſto Parrochiali Templo
Eidem B. V. Conſecrato
Vbi perpetuam Cappellaniam
Erexit, & dotavit.
Vti conſtat ex Inſtrumento
Apud Pacichellum Not. Cap.
Die Decimatertia Novembris
MDCLXXVII.
Obiit Anno aetatis ſuae LXXII.
Joſephus Argolus Nepos & Haeres
Moerens P.

Paullus Argolus Eques Militiae Jeſu Chriſti, Vir prudentia, morum comitate gratus omnibus, rebus in agendis dexteritate praeditus ſumma, denatus eſt Anno MDC. . . . .

Fr. Agabitus Angiolellus de Taleacotio.

Fuit hic Relligioſus Ordinis Minor. Conven. S. Franciſci, qui multa Opuſcula ſcripſit, haud tamen edidit, Vir doctiſſimus, Romae Procurator Generalis totius Ordinis, etiam peroraſſe fertur coram

Imperatore Carolo V. tunc Romae degente, ut exinde Neapolim peteret, a quo perpetuum ſalis munus in Regno Neapolis pro Relligione ab eodem Imperatore obtinuit. Fuit Theologus, Philoſophus, & Concionator optimus; Vitam illibatam geſſit, nigri capilli, coloris ſubfuſci fuit, & ſcientia, virtuteque clarus Anno M D XLV. deceſſit, teſtis eſt M. Phoebonius in Vita B. Thomae Celanenſis pag. 64. & 65. & in Eccleſia Sanctorum XII. Apoſtolorum Urbis reſurrectionem expectat.

Franciſcus Reſta.

P. Franciſcus Reſta Clericus Regularis Minor Terrae Talleacotii, genere clarus, pietate, ac prudentia clarior, eruditione verò clariſſimus fuit. Hic a Franciſco Maria Secundo, Urbini Duce Sexto, & ultimo, Principe optimo, celeberrimae Bibliothecae, quam ipſe, ejuſque praedeceſſores magnis efformaverant ſumptibus, Praefectus deſignatus, in ea aſſiduo ſtudio adeo doctus evaſit, ut poſtea in Romano ſui Ordinis Collegio, Philoſophicas, Mathematicas, Theologicaſque diſciplinas, ſumma cùm laude docere potuerit.

Ibidem eximiam Metheorologiam de igneis, aereis, aqueiſque corporibus compoſuit, quae ſelectiſſimae eruditionis Fodina meritò dici poteſt. Opus hoc prodiit in lucem Romae anno M DC XLIV., ac in ejus laudem

dem Illuſtriſſimus Dominus Jacobus Pedecinus, ſequentia ſcripſit.

PATER RESTA CLERICUS MINOR
ANAGRAMMA
RARA LUCE SBRIPSIT METEORA
TETRASTICON

Quid Mare, quid Coelum, quid poſſit fervidus ignis
Haec ſanè eſt multis ſcribere cuncta datum
Cuncta datum eſt multis confusè ſcribere RESTÆ
Eſt tantum RARA ſcribere LUCE datum.

Haec praecitatus Illuſtriſſimus, & Eruditiſſimus Auctor de Opere Patris Reſtae, qui tot praeditus fuit eximiis dotibus, ut ſui Ordinis Secretarius, & Procurator Generalis, necnon Sacrae Indicis Congregationis Conſultor eſſe meruerit, hiſque in muneribus ejus prudentia, & ſcientia ſummopere enituere.

Viri hujus eximii vitam eruditè, ut aſſolet, ſcripſit P. Clemens Piſellus in hiſtoria ſuae Congregationis libr. 2. cap. XXII., ubi multa de illo refert lectu digniſſima.

Romae in ingreſſu domus S. Laurentii in Lucina, ubi animam Deo reddidit; ejus imago conſpicitur, ſub qua haec leguntur.

FRANCISCUS RESTA C. R. M.
Abſolutiſſimus Meteorologiae Commentator
Contulit Philoſophiae ſplendorem
Utrique nunquam ſatis laudandus
Sacrarum Urbis Congregationum ſtudioſus Conſultor

Si-

Sibi tamen ſanctiorem vitam ſapientius conſulens
Obiit Romae die 3. Maii Anno 1649.

Joannes Franciſcus ejuſdem Cognomenti, & loci U. C. J. nunc Magnae Curiae Vicariae Neap. Judex, vivit ſolertia, atque vigilantia in cauſſis praeſtantiſſimus, necnon Vincentius etiam U. C. J. rebus in agendis dexteritate praeditus, quem Auditoratus munere meritò Columnenſes exornarunt, quo ſanè munere alibi etiam decoratus fuiſit a Principe Sancti Boni Ferdinandus Reſta, Vir aeque dignus laude, & honore.

Fr. Joannes Tudonus.

Fr. Joannes Tudonus è Minor. Convent. Sancti Franciſci, Patria Taleacotiana, ſive, ut ferunt, Aveanenſi, Commiſſarius, Concionator, & Magiſter celebris in Sardinia fuit; Cujus nepos nomine Joſeph J. U. D. in Alma Urbe, nunc ſolertiſſimus Cauſſarum Patronus, omnium ferè amorem adeptus eſt; quem propterea ob noſtri erga ipſum amoris notam, inſertum hic eſſe voluimus.

Joannes de Grandis.

Joannes de Grandis Avus Maternus noſtri hiſtorici Phoebonii, & Patria Taleacotiana, Tractatum edidit de Bello Exulum, ubi de modo procedendi brachio militari adverſus Exules, & de Magiſtratibus, cum additionibus Thori, in fol. Neap.

MDCLIV. & MDCLXIV. teſte Auguſt. Fontana in Amphitheatr. Legal. part. 1. col. 441. necnon obiter Phoebon. hiſtor. Marſor. libr. 1. cap. XI. circa finem.

Franciſcus Berardus Capotius Cuccinus.

Hic refertur a Tarquinio Gallutio Sabino in Elogio in principio Operis infracitandi, quod ſic in exordio eſt. *Patieris opinor Urbs Roma pauca me tecum hic proloqui &c.* Qui tamen corrigendus in eo, quo dictum Franciſcum Romanum fecit; nam is non tantum Marſorum aliquot Oppidorum Baro fuerat, ſed etiam Civis Taleacotianus, etſi ejus Pater, Romanorum Cuccinorum, Capotiorum Nobilium Petri Matthaei de Albertonibus, praeclaris Familiis, & communione ornatus eſſet, ut inter alios M. Phoebonius hiſt. Marſ. lib. 1. cap. XI. in fine ſcripſit, ac Nicol. Toppius in Biblioth. Neapolit. pagina 89. his verbis: *Franceſco Capotio Cuccino de' Conti Berardi, Colonello per lo Senato Romano, Nativo della Terra di Tagliacozzo &c.* Is itaque è Taleacotio puer diſceſſus, Romamque profectus, inter Nobilium commercium admiſſus, ob ſuos urbanos Conſanguineos, termes ingenuus, omnino magnus, altus animus, aviti decoris, atque domeſticae laudis apprimè tenax, S. P. Q. R. Militiarum Praefectus, ſive Colonnellus perpetuus fulſit. In lucem edidit Italicè hoc opus *L'Agrippina minore, e mutazione dell'Impe-*

rio de' Primi Ceſari in 4. teſte Toppio, aliiſve paſſim, Venetiis apud Junctas, & Babam ann. M DC XLVII. Meminit etiam ipſius eruditiſſimus, ac doctiſſimus Eques Proſper Mandoſius in Bibliotheca Romana centur. II. nu. 90. ubi dicit, quod etiam compoſuit ſequentia Opera, quae M.S. ſunt apud Berardum filium, videlicet. *La Storia della Guerra di Urbano VIII. con il Duca di Parma &c. La Guerra della Valtellina. Racconto della Famiglia de' Conti Berardi. La Dama d'Italia ambita da molti, e goduta da pochi. Oſſervazioni di Stato nell'alterazioni di Napoli del* 1647., *e* 1648. *Lettere diſcorſive dirette ad un' Amico, concernenti le materie del Conclave di Papa Urbano VIII.* -- Et alia multa praecipuè ad hiſtoricas res pertinentia. Mortalis eſſe deſiit Romae, Anno Virginei Partus M DC LV: & in Eccleſia, quae Cruciferorum in Urbe dicebatur, ſepultus eſt. Laudatur etiam a quibuſdam aliis a Mandoſio loco cit. relatis.

Gaſpar Roſcettus.

Hic etiam de Taleacotio Philoſophiae, & S. Theologiae Doctor, fuit Canonicus S. Angeli in Foro Piſcium Urbis, ediditque Opuſculum in 4. De ſpiritualibus Creaturis tractantem, ideſt, de Sanctorum Angelorum Hierarchiis, de Daemonibus, & de Anima ſeparata, ex pluribus Sacrae Scripturae voluminibus, & SS. Patrum accumulatum; Romae apud Manelphum Manelphi, Anno M DC XXXIX.

Vin-

Digitized by Google

Vincentius Capotius.

Vincentium rurſus ex familia Capotia è Marſis, Taleacotio ſcilicet oriunda, itemve Romana ob incolatum facta inſerimus, qui S. P. Q. R. Conſervator fuit, ut ex quadam Inſcriptione à nobis diligenter expiſcata, omnibus liquido patet.

Inſcriptio autem aſſervatur Romae, in una ex Columnis in Capitolio poſitis, ſub ea via, quae ad Palatium Excellentiſſimi Ducis Caffarelli perducit, cujus hic tenor eſt.

S. P. Q. R.
Columnam Milliariam
Primum ab Urbe lapidis Indicem
Ab Impp. Veſpaſiano & Nerva
Reſtitutam
De Ruinis Suburbanis Viae Appiae
In Capitolium tranſtulit
Auctoribus
Antonio Maccarotio de Leonibus
Julio Gualterio } *Conſervatoribus*.
Vincentio Capocio
Horatio Muto Priore.

Eadem prorſus Inſcriptio habetur in Atrio Palatii Conſervatorum Urbis, propè Capitolium, & Sepulcralia Monumenta Alexandri Severi Imperatoris.

Digitized by Google

Franciſcus Leoni.

Franciſcus Leoni ex principalibus tunc Taleacotii familiis, quae familia poſtmodum Sublacum translata eſt, natus die 3. Decembris MDLXXXIII. Societati Jeſu ſe injunxit, aetatis ſuae XVIII. die 7. Januarii MDCVII. ubi omni literatura, & morum candore expolitus, vota 4. nuncupavit. At obiens, multos Sermones, & Conciones reliquit, magnaque ſui nominis fama, ſuo munere functus eſt. Ex Archivo Romano Soc. Jeſu, & ex P. Petrantonio in Latii deſcriptione M. S. luci evulganda, hanc habuimus notitiam.

Admirabilis ſanè videtur Gaſpar Taleacotii, qui aſcitios naſus reſtituere valebat. Quum igitur alicui celatus erat naſus; quibuſdam adhibitis ſecretis, ac ſignato uſque ad ſanguinis effuſionem brachio, cum quo per quadraginta dies, haud diſcretus ſiſtere debebat, invaleſcebat. Homo quidem, hac in arte ſingularis, excellenſque fuit, juxta Michaelem Etmuler. tom. 1. Inſtitut. Medicar. Terapeuſis folio mihi 326. circa med. claſs. 4 ſect. 11., ubi caſum cuidam Gallo eventum, & a praedicto Gaſpare ſanato, refert; Philoſophus, & Medicus praeclariſſimus micans, tunc temporis libros duos edidit de Curtorum videlicet Chirurgia per inſitionem, Venetiis apud Robertum Majettum MDXCVII. in fol., in quibus ea omnia, quae ad Chirurgiae, narium, aurium,

ac

ac labiorum, per inſitionem reſtaurandorum, tum theoricen, tum practicen pertinent, tractantur.

Attamen, ut veritati occurras, veramque Patriam ejuſdem ſcias, vide dictum Opus, necnon Hieronymum Ghillinum in Theatr. homin. Liter. tom. 11. fol. 165. Joannem Antonidae Vander Linden de Scriptis Medicis, Joannem Antonium Bumaldum in Bibliothec. Bononienſi, Joannem Nicolaum de Paſquale Alidoſi in Opere: Li Dottori Bologneſi di Teologia, Filoſofia, Medicina, ed Arti Liberali pag. 111. & alios.

Philippus Scacchus, & Joannes quidam.

Philippus Scacchus de Taleacotio celeberrimus Veterinarius, ſive vulgò Mareſcalcus, praelo evulgavit quatuor libros de Arte Veterinaria tractantes, Paduae apud Petrum Paulum Tozzium in 4. Anno MDCXLVI. teſte Nicol. Topp. in Biblioth. Neap. pag. 86. Cujuſdam denique Joannis de Taleacotio, Pictoris ſuo tempore Romae egregii, memoria mihi aliundè acceſſit, immò hae ibidem extant in Eccleſia S. Mariae de Aracaeli, & in Altari S. Annae Excellentiſs. Ducum de Ceſarinis a nobis etiam fortuitò comperta, & hic attrito ordine, ſequentibus paucis literis relata.

Pinſit me Joannes
De Taleacotio C. P.

Joannes Fantotii Eques.

Hunc ſolùm innuo, quum ex privilegiis exhibitis, equeſtri Conſtantiniana Militia decoratum, tantùm legerim. Obiit Taleacotii, ubi natus fuerat Anno MDC...... Fuerat Vir aeque morum probitate, & gravitate ornatiſſimus.

Joannes Vetulus.

Joannes Vetulus de Curcumello nobilis Marſus, doctiſſimus Vir, immo admirabili facunditate, & ſolertia praeditus, Vergilio Urſino, tunc Taleacotii Duci percarus, ad Rempublicam Florentinam pro arduis peragendis negociis ab eodem, anno Chriſti MCDXCIV. teſte Phoebonio hiſt. Marſor. pag. 195. Orator miſſus eſt, cujus familiam in pag. 116. ſuperiùs adnotavimus, & commendavimus.

Andreas Latus, Eques.

Andreas autem Latus de Cappadocia Marſorum, ex notitiis habitis Poeta clarus, & ſub Clemente VII. Auratae Militiae Eques fuit, ex privilegio, penès Fratres Conventuales S. Franciſci de Taleacotio aſſervato, mihique exhibito, manifeſtum venit.

Alii etiam ſimilis praeeminentiae in Marſis fuere, quorum memoria vetuſtate, perempta eſt.

Joan-

Joannes a Cucullo.

Hinc non minori fortaſſe obſervatione dignus videtur, optimus Vir Joannes a Cucullo, qui ex Coeleſtinorum illuſtribus, haud inglorius è vivis exceſſit; Totius Ordinis Generalatum Anno MCCXCIX. ob inſignes ſuas virtutes aſſequutus, clar. mem. Cardinali Thomae de Ocra dilectiſſimus extitit, ut in d. Marſor. hiſtor. pag. 276. habetur. Vir ſanè doctiſſimus, & clariſſimus omni praeditus ſcientia, honeſtate, ac decore.

Anicius de Carrito.

Carritum ſanè incultum, aſperumque Oppidum, ſupra Piſcinam ſitum, mentione dignum eſſe videtur ob Anicii de Carrito ſtrenui militis praeſtantiam, qui partes Ludovici II. Andegavenſis ſectatus, a Joanna II. Ladislai Regis Sorore Anno MCDXIX. bonorum, vitaeque praeſcriptionem, una cum Henrico de Henricis, & Raynaldo Pauluccio paſſus eſt. Anicius autem glorioſus fuiſſet, ni proprium ſplendorem rebellionis exceſſu, denigraſſet: In hoc tamen commendandus, quod proprio facinore, ut Cyrillus Annal. Aquil. lib. v. & Pandulphus Colennucius in Comp. libr. v. ſcripſere, Patriam illuſtravit.

Ber-

Digitized by Google

Bernardina Caraptula.

Inter hactenus ex priſcis hauſas notitias, attrito hoc ordine Caraptolorum progeniem in Alba illuſtrem, Berardorumque Comitum Celani Conſanguineam, mox deletam, adnotamus, cujus linea morte Bernardinae probatiſſimae Matronae, ut Scipio Caſella in familia Caraptolorum, & M. Phoebonius hiſtor. Marſor. pag. 55. dixerunt, extincta remanſit.

Joannes de Alba.

Quid verò potiſſimum admiremur generis, an virtutis ſupra mortales praeſtantiam? Utraque ſanè digna, Lectoris ingenium occupat in Joanne Albenſi Regularis Obſervantiae S. Franciſci, qui omnes partes boni, piique Superioris, teſte Luca Waddingo de Scriptoribus Ord. Minor. fol. 180. ex variis locis Sanctorum Patrum, Juriſque Canonici Collecta, verſu explicavit hexametro, cujus quidem manuſcriptum apud ipſum adſervatum fuiſſe, Waddingus loc. cit. expreſſit; Opuſculum ſanè ita in exordio erat.

Qui regis Officio fratres, te ſcire memento.

Fe-

Digitized by Google

Felix Nola.

Felicis autem Nolae de Alba, in Marſorum hiſtoria fol. 58. perennis memoria emicat: ex documentis enim patriciis, aliiſve conjecturis a nobis obſervatis, hujus virtutis claritatem inſpeximus, licet hoc etiam omnibus innoteſcere planum ſit, quod is Author fuit Rethoricarum directionum, Mediolani typis editarum per Philippum Marinum Bibliopolam, Anno MDCXLV. in 8.

Joannes Alter.

Joannes alter, etiam de Alba, adnotatus reperitur in famigerato Opuſculo, cujus eſt titulus *Les Provinciales ou Lettres eſcrittes par Lovis de Montalte* Epiſt. VII. pag. 148. ibi -- *Monſieur Apres avoir appaiſe le bon Pere dont j avois un peu trouble le diſcours par l'hiſtoire de Jean d'Alba*, Et hiſpanico Sermone -- *Señor mio la hiſtoria de Juan de Alba havia ſacado de ſus juicios al buen Padre, y deſpues &c.*

Jacobus Henricus.

Hic etiam de Alba Marſorum poſt Religionem profeſſam, exinde Januenſis Alumnus factus, & Cuſtodiae Aſtenſis Ordin. Min., compilavit per quaeſtiones, & Concluſiones libros omnes Philoſophiae, &

Re-

Regi Siciliae, & Neapolis Roberto, dicavit. Floruit circa annum MCCCXL. Waddingus teſtis eſt de Script. ſui Ordinis fol. 183.

Bartholomaeus Eques, & alter.

Bartholomaeum denique non de Biſenti, ſed de Biſignia Oppido, Equitem, & Magiſtrum rationalem Anno MCCCXLIV. viventem, memorantur Lucas Wadding. tom. III. Annal. fol. 310. & Toppius in Biblioth. Neap. fol. 37. Cui ſanè adjungendus eſt Berardus a S. Donato, qui illius Baro fuerat, clariſſimus, & probatiſſimus Vir a Phoebon. loc. cit. fol. 118. relatus.

Simon, & Creſcentius Barones.

Simonem verò, & Creſcentium de Capiſtrello, parvo Oppido, hujus Loci, & Soae, Sparnaſii, Viſinii, Caſtuli Archipretae, atque Colliſaſinii Barones, ſcientiiſque inſignitos loc. cit. fol. 125. relatos, inſerimus: Quaque occaſione etiam Abbatem Baldum a Paterno, tantum nominatum eſſe velim, quum illius mentio, ſequenti Inſcriptione olim poſita, penès dirutam Eccleſiam Paterni, in d. Marſor. hiſtor. pag. 166. habeatur.

Anno

Anno Dom. MCCV. Indict. II.
Ego Abbas Baldus
Filius Alberti Joannis
Salvi de Paterno
Hoc opus a fundamentis fieri feci
Manibus Magiſtri
Joannis Guarini, & Petri.

Antonius Caſalis.

Haud inferiori commendatione inter celebratiſſimos Marſorum Viros, infraſcripti Malleanenſes Marſi, & non Sabini (quia etiam apud Sabinos Malleanum reperitur), enumerandi mihi videntur. Malleanum, ſanè, ſive melius Maglianum Oppidum, in deliciosa planitie prope Albam poſitum, hos habuit Viros illuſtres, nimirum Antonium Caſalium ex Ordine Coeleſtinorum Abbatem, qui novam Jeruſalem, ſeu Sacram Baſilicam Bononienſem typis evulgavit, hoc titulo.

La nuova Geruſalemme, detta la Sagra Baſilica di S. Stefano di Bologna, Iſtoria, & Oſſervationi, in Bologna per Nicolò Tibaldini 1637. *in* 4. Teſtes ſunt, Toppius in d. loco pluries citat. pag. 26. & Phoebon. lib. III. pag. 226.

Digitized by Google

Philippus Guadagnolus.

Philippus Guadagnolus, Clericus Regularis Minor, ejuſdem Terrae Malleani, Dioeceſis Marſicanae, Provinciae Aprutinae ortus, ut ipſemet fatetur in formula profeſſionis, quam Romae in Eccleſia S. Laurentii in Lucina Anno MDCXII. die 31. Maii ſolemnitèr emiſit, morum probitate, ac ſumma eruditione inſignis fuit; tot enim ſcientiarum, & linguarum exactam peritiam habuit, ut a primis ſubſellii viris Encyclopaedicus, & Polyglottus dici meruerit. De quacumque facultate, ſive Philoſophica, ſive Mathematica, ſive Theologica, & de quacumque re, ſive ſacra, vel prophana eloqui, & ſermocinari juſſus, illico, abſque ulla praeparatione, adeo doctè, eloquentèr, claré, ac diffusè Etruſco, Hiſpano, Gallo, Latino, Graeco, Hebraico, Chaldaico, Syriaco, Perſico, & Arabico idiomate diſſerebat, ut crederes eum toto vitae tempore laboraſſe, in illo ſolo diſcurſu concinnando, in cujus efformatione, nec horae ſemiquatrantem impenderat.

Raphaeli Averſa, Emanueli de Avila, & Joanni de Guevara Hominibus doctiſſimis, quos in rebus Theologicis, ac Mathematicis, Magiſtros habuit, par in eiſdem rebus evaſit, eoſque in Eccleſia, doctis voluminibus, glorioſiſque laboribus illuſtranda, praeceſſit. In Arabicae autem linguae peritia eundem Praeceptorem Franciſcum Martellottum Virum

rum celeberrimum, qui in ejuſdem linguae eruditione, Orientalibus ipſis admirationi erat, longè ſuperavit; adeout, cum huic praedictae linguae Arabicae inſtitutiones, juſſu Pauli V. Summi Pontificis elaboranti, mors immatura ſupervenisſet, ipſe ab eodem Summo Pontifice, fuerit ad tale opus perficiendum deſtinatus, illudque feliciter ad finem perduxerit Anno MDCXX., ex quo, per Urbem, & Orbem, apud prima Sapientum Capita, in tanta exiſtimatione haberi caepit, ut cum paullò poſt Epiſcopi, & Chriſtiani Orientales, Arabicam Sacrae Scripturae verſionem, ab Apoſtolica Sede peterent, cumque talis verſio de novo facienda eſſet, ipſe ab eadem Sancta Sede, id ſummopere probantibus ipſis Epiſcopis Orientalibus, quibus notiſſimus erat, ad illam conficiendam, jure meritò delectus fuerit.

Opus hoc verè magnum, quod anno MDCXXII. glorioſè incaepit, poſt annos viginti ſeptem aſſidui laboris, feliciter abſolvit, ut ipſemet fatetur in libro, qui inſcribitur *Conſiderationes adverſus Mahomettanos*, in quo Eminentiſſimos Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Cardinales ſic alloquitur — Jam Sacro Eminentiarum Veſtrarum Senatui, poſt vigintiſeptem annorum indeſidentes labores, ab anno MDCXXII. uſque ad praeſentem MDCIL. noſtris Vulgatis Latinis Bibliis Arabicam verſionem, ad Veſtrae juſſionis imperium per me elaboratam, & jamjam omnibus numeris abſolutam, & integrè excuſam offero; ſicut Apologias Latinas, & Arabicas, &

 Ara-

Arabicae linguae inſtitutiones, & alia meae ſervitutis obſequia jampridem obtuli. Haec ille, quae non obſcurè confirmat Franciſcus Gherius de Sotiis, eruditus Doctor Peruſinus in Indice Tribunalium, Congregationum, aliorumque Congreſſuum, qui in Urbe fieri ſolent, edito Romae ex Typographia Reverendae Cam. Apoſtolicae anno M DC XLIV. in cujus pag. 9. loquendo de quadam Congregatione, in qua P. Guadagnolus ſuae iſtius Arabicae verſionis, coram viris doctiſſimis ab initio, uſque ad finem rationem reddidit, ait -- Arabicae linguae Congregatio fit bis in hebdomada diebus Martis, & Mercurii, hora deſtinanda ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinale Pallotto, in ejus aedibus coram Eminentia ſua Reverendiſſima, ſuper traductione Bibliae Sacrae, in linguam, & ſermonem Arabicum, intervenientibus his.

Reverendiſſimo Magiſtro Michaele Mazarino Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

Magiſtro Hyacinto Serronio Socio Magiſtri ipſius.

Magiſtro Hyacintho Lupo.

Magiſtro Joſepho Maria Avila.

P. Cornelio a Lapide.

P. Joanne Baptiſta Ferrario.

P. Ignatio Lomellino.

P. Athanaſio ChirKer.

Magiſtro Jacobo Carmelita.

Patre Auguſtino Carmelita Diſcalceato.

Domino Abramo Lectore.

Do-

Domino Joanne Riva Lectore.
Domino Joanne Baptiſta Joana.
Magiſtro Bonaventura Malvaſia.
Patre Philippo Gnadagnola Clerico Minore, qui ſumma cum laude ſubſtinet pondus reddendi Bibliam in dictum ſermonem ab Anno M DC XXII. Hucuſque praecitatus Gherius, in cujus verbis primò obſervandum eſt, qua nota Patrem Guadagnolam diſtinguat ab aliis viris doctiſſimis, deinde pro anno MDC XXIII. ponendus eſt M DC XXII. quo P. Guadagnolus, ut conſtat ex dictis, Arabicae verſioni manum impoſuit.

Hujus laborioſiſſimae verſionis, tertium, & ultimum volumen, uti conſtat ex Diariis manuſcriptis authenticis domus S. Laurentii in Lucina, ex quibus plura deſumpſimus, idem P. Guadagnolus die 25. Maii anno M DC LV. Alexandro VII. Summo Pontifici, propriis manibus obtulit, illudque cum aliis duobus ejuſdem Operis voluminibus, Romae ex Typographia Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, in lucem cum hac inſcriptione prodiit.

Biblia Sacra Arabica, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide juſſu edita, ad uſum Eccleſiarum Orientalium, additis è regione Bibliis Latinis Vulgatis.

Edidit praeterea idem Pater aliud eximium Opus ob ſequentem cauſſam. Scripſerat devotus quidam Hiſpanus librum, fidei myſteria continentem, cui praefixerat titulum *Speculum verum oſtendens*, contra quem nobilis quidam Perſa, alium compoſuit, cujus

jus titulus erat, *Politor ſpeculi*, & in ejus fine appoſuit ſequentia verba: *Reſpondeat Papa Romanus*. Liber hic, Perſica lingua conſcriptus, Anno MDCXXV. Romam pervenit, ſedente Urbano VIII. Pontifice, qui Patri Guadagnolo, Orientalium linguarum peritiſſimo, reſpondendi onus impoſuit. Reſponſionem hic elaboravit tanta felicitate, ut in opere tam difficili, ne verbum quidem ex ejus calamo exciderit, quod mutare, vel delere debuerit. Eo completo, ſummo gaudio a Pontifice praeſertim excepto, ac ad Perſas miſſo, brevi in manus Politoris, cui directum erat, pervenit; librum ille ſeriò legit, ac in ejus lectione veritate coactus, Mahometis nefaria lege ejurata, baptiſmoque recepto, ex fidei impugnatore, in ejus acerrimum Propugnatorem, ac Praedicatorem mutatus, brevi multa Infidelium millia, ſolus ipſe ad fidem perduxit. Pontifex his auditis, Patris Guadagnoli opus, in Vaticana Bibliotheca reponi, ac Latinè, & Arabicè ſuis expenſis typis demandari juſſit, ut, & factum eſt, ejuſque Authori, pro tanto opere, ore proprio gratias egit.

Ut melius innoteſcat ejuſdem operis excellentia, aliqua ex multis, quae in ejus laudem inſignes protulere Scriptores, Patri Guadagnolo contemporanei, Ordine Chronologico, hic ſubiiciemus.

P. Laurentius de Aponte Vir piiſſimus, atque doctiſſimus tomo I. Commentariorum in Evangelium S. Matthaei, edito Lugduni Anno MDCXLI. in fol. adnotatione morali 20. numero 25. in ſolutione

Bi-

Biblicae cujuſdam difficultatis, ait -- *Ad hanc difficultatem ſolvendam non multum immorarer, ſi tantum cum Catholicis mihi agendum eſſet; at quia cum haereticis, & Mahometanis res eſt nuper enim in Apologia omni exceptione digniſſima, quam ex noſtris P. Philippus Guadagnolus contra illos effecit, & quam pro dignitate in Vaticana reponi juſſit Summus Pontifex Urbanus VIII. ſuiſque ſumptibus typis mandari, hunc locum illos nobis objectare reperi, ad inſtar Manichaeorum de veritate dubitantium Evangeliorum; ideo opere pretium duxi penitus rem hanc exagitare* -- haec P. de Aponte.

Dominicus Macri, Vir eruditiſſimus in libro, qui inſcribitur -- Apparentes Sacrae Scripturae contradictiones, loquendo de quadam difficultate Capitis primi Evangelii ſecundum Matthaeum, ait -- *Hanc difficultatem nuper Chriſtianis objecit Ahmed Perſa in ſuo libro inſcripto Politor ſpeculi, contra quem, Apologiam eruditè, ut aſſolet, ſcripſit P. Philippus Guadagnola, Clericus Regularis Minor, linguae Arabicae Profeſſor egregius, ac in noſtra Congregatione meus Collega* -- haec Macri.

Thomas Hurtado in eruditiſſimo volumine Reſolutionum Ortodoxomoralium, edito Coloniae in folio Anno MDCLV. pag. 309. ait -- *Cum, ut refert hiſtoria Carmeli Diſcalceatorum Patrum tomo* 1. *cap. ultimo in Civitate Aſpan Regni Imperatoris Perſiani, liber, a Patre quodam Hiſpano conſcriptus, manibus Mahometanorum tereretur, cujus titulus erat, Speculum verum oſtendens, eo lecto a nobilibus, & doctis illius ſectae,*

ctae, quae gloriatur contra Turcas non armis, ſed ratione, Alchoranum ſuum defendere, quidam illorum non ſpernendus ingenio alterum compoſuit, cui titulum poſuit Politor Speculi, & verſus finem appoſuit, Reſpondeat Papa Romanus. Delatus eſt liber ad Patrem Priorem Conventus illius Civitatis, & ejus diligentia miſſus eſt ad Curiam Romanam, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, tempore Urbani VIII., & ego ibi eram, & fui Conſultus, an conveniret Politori reſpondere, fuerunt enim non pauci, neque ignobiles, qui parvipendendum Politorem dicebant, at vicit major pars, convenientem fore reſponſionem exiſtimans, ſed cum lingua Arabica eſſet ſcribenda, & ex principiis Alchorani, & rationis naturalis, qua duci maximè gloriantur Perſae, quis eſſet Politor Politoris, ambigebatur; Divino inſpirante Numine, recidit ſors ſuper unum è Clericis Minoribus noſtris, Patrem Philippum Guadagnolum in lingua Arabica apprimè ſuper omnes eruditiſſimum, transfert enim nunc Sac. Biblia de Latino in Arabicum pro beneficio Chriſtianorum Orientalium, & multa alia in utilitatem Eccleſiae Orientalis opera ſcripſit, Theologus valdè doctus, & poſtea ſequitur his aliis verbis.

Hic igitur ex ſpeciali mandato, & delegatione Summi Pontificis librum contra Politorem conſcripſit, cujus titulus eſt *Reſponſio ad objectiones Ahmed filii Zin &c.* in quo, & ratione naturali, & teſtimoniis ipſiuſmet Alchorani, & aliorum, ita Politori ſatisfecit, ut ejus cauſa in dies fructus pingues in vinea Domini Sabaoth in illis partibus creſcant. Cum autem

tem

tem plures, qui Romae tunc aderant Viri doctiſſimi contra Politorem ſcriberent, & in ſpeciali Congregatione ad examen deſtinata, tractatus trutinarentur, Congregationis Praeſes Eminentiſſimus Cardinalis Cajetanus, in haec verba prorupit. *Itaque videtur Spiritum Sanctum velle librum Patris Philippi Guadagnoli approbandum iri, ut ad illas partes mittatur* -- Imprimitur liber ſummo labore, fabricatis characteribus Arabicis, ut propriis oculis fabricari vidi, mittitur liber a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad illas Provincias: cujus libri, cum fructus in relatione ad Curiam portabantur, ſumma alacritate Eccleſiae, Summus Pontifex Urbanus, varias de hoc honorificas habebat relationes, quare ipſemet Pontifex Anno MDCXXXIX. colloquens cum Patre Guadagnolo coram Patribus Provinciae Hiſpanae, qui interfuere Capitulo generali, ſic Hiſpano ſermone dixit -- *Cadadia tenemos aviſos de Perſia de los grandes frutos de converſiones a nueſtra fee Catholica, que haçe vueſtro libro: eſcribbenos de alla, que parece le ha compueſto un Angel de Parayſo. Verdaderamente la Sancta Sede Apoſtolica, y nos eſtamos en grande obligacion de remunerar vueſtra fatiga; trabajad, que ſerà cuydado nueſtro el haçerlo* -- Latinè -- Quotidiè certiores ſumus ex Perſia magnorum fructuum converſionis animarum ad fidem Catholicam opera operis veſtri: dicunt opus id Angeli calamo ſcriptum. Eccleſia quidem, & nos obſtricti ſumus veſtrum remunerari laborem. Proſequere Fili,

Kk id

id erit curae noſtrae; Praeclarum ſanè elogium viri addicti Religioni, in qua ex profeſſo, ſtudio linguarum vacant Graecae, Hebraeae, Chaldaeae, & Arabicae, quorum quatuor diſcipulos ego in Theologia habui, qui ex illis linguas duas me docuerunt, & alios in omnibus inſtruxere, huc uſque P. Hurtadus.

P. Antonius Gonzalez de Roſende, Theologus eruditiſſimus, in primo volumine diſputationum Theologicarum, edito Lugduni Anno MDCLXXVII. in folio, tract. I. diſp. III. nu. 37. inquit -- Alchoranus fraudibus, impudicitiis, & inconnexionibus contextus eſt, ut evidenter demonſtrat eruditionis incomparabilis noſter Philippus Guadagnolus, in ſua nuſquam prout par eſt laudata Apologia pro Chriſtiana religione, quam juſſu Urbani VIII. & expenſis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, in Arabicum idioma vertit -- haec P. Roſende.

Eruditus Nicolaus Toppius in Biblioth. Neapol. de praedicto opere, ejuſque Auctore, haec ſcripſit.

Filippo Guadagnoli da Magliano in Apruzzo, de' Chierici Regolari Minori, fu huomo ſenza pari non meno nel candore de' ſuoi coſtumi, e Religioſa ſimplicità, che per la ſomma eruditione, così del vecchio come del nuovo Teſtamento; ma quello, in cui fu nel ſuo ſecolo ammirato per ſingolare, fu la gran peritia delle lingue Hebrea, Caldea, Siriaca, Greca, e ſopra ogn'altra dell'Arabica, da lui in grado così eccellente poſſeduta, che ne mandò fuora alla luce la grammatica ſtampata in foglio in Ro-

Roma. Traslatò in eſſa lingua, il vecchio, e nuovo Teſtamento pur ſtampato in Roma, & oltre di ciò compilò, e diede alla luce nella medeſima lingua per ordine di Urbano VIII. quel libro veramente divino, e tutto ripieno della ſapienza del Cielo, intitolato Apologia, nel comporre del quale, deveſi fermamente credere, una particolare aſſiſtenza con eſſo lui dello Spirito Santo, mentre nel ſcriverlo non gli uſcì dalla penna parola, della quale haueſſe a ritrattarſi, e con tal chiarezza, & efficacia di raggioni abbatte, e convince tutti gli errori dell'infame Maumettiſmo, che a' ſettatori di eſſo, non laſcia luogo di replica alcuna, a ſegno tale, che inviato poſcia nelle parti Orientali, tal frutto di gratia ne riportò da quei ciechi infedeli, che hebbe a dire il medeſimo Urbano VIII. eſſer quello ſtato colà più profittevole, che ſtata non ſarebbe la voce viva di groſſo numero di Eccleſiaſtici Predicatori; che però per il gran merito, che eſſo Padre Guadagnolo teneva appreſſo la Chieſa Romana, degno lo riconoſceva di ſegnalatiſſimo premio. Ma perche maggiore gliel'haveva nel Cielo preparato Iddio, altro in queſta vita non ricevè, che l'applauſo del merito ſingolare. Queſto medeſimo libro per eſſer più facilmente da tutti letto, & inteſo, per ordine del medeſimo Urbano VIII. fu nella noſtra latina lingua riportato, e dato ſimilmente alla luce in Roma. Fu ancora queſto Padre eloquentiſſimo dicitore, & eragli così alla mano il diſcorrere in pulpito, & in cat-

tedra, che ſenza altra preparazione, che l'eſſergli comandato, diſcorreva così profuſamente d'ogni qualunque materia, e ſacra, e profana, che chi l'udiva haveva contezza del ſuo raro talento, & ammirabile prontezza nel diſcorrere, così dottamente, come ſe in ciaſcuno di quei diſcorſi haveſſe conſumata l'applicatione di lunghiſſimo tempo. Morì nel meſe di Aprile MDCLVI. d'anni LX. in circa, e fu la ſua morte deplorata, non che da' ſuoi Religioſi, ma ancora dal Sommo Pontefice Aleſſandro VII. all'ora vivente, da tutto il Sacro Collegio de' Cardinali, e dagli altri huomini più ſenſati della Corte Romana -- haec Toppius, qui nunquam verius locutus eſt.

De eodem opere cum laude ſcripſerunt Albertus Miraeus, Leo Allatius, Leonardus Nicodemus, Didacus de Villa Franca, Clemens Piſelli, & alii, ex quibus patet Illuſtriſſimum ; & eruditiſſimum Dominum Pompejum Sarnellium Epiſcopum Vigilienſem, meritò in ejus laudem, ſequentia a Mutio Phoebonio in Marſorum hiſtoria pag. 227. relata, Oratiana Phraſi ceciniſſe.

I' liber felix nova monſtra quaeſtos,
Ut leves omni populos timore,
Nec ſinas hoſtes fidei per orbem
Pergere incultos.
Non venenatis gravida ſagittis
Indiges Mauri pharetra, nec arcui;
Eſt potis, fortes calamus Philippi
Frangere turmas.

Stre-

Strenuum, qui ſe nimium quaerenti
Reddit Vultorem populo fideli
Dum ſui curſus eloquii perenni
Labitur amnis.

Malleum novit dare Malleanum,
Quo caput fractus coluber docetur,
Ut manu Marſus Chelydros, gravique
Carmine rumpit.

Non tot excelſas domiturus Alpes
Grandines armat gelidus Bootes
Heſperum, nec tot comitantur aſtris
Noctibus ignes.

Quot tibi cedent, monitis nefandi,
Qui fidem praeſtat, Mahometis omnes
Namque vincentur ſecuturi ovantes
Dogmata Chriſti.

Dat tibi partes ſcelus auferendi
Author humanae Dominus ſalutis,
Perque te fient Mahometis artes
Prorſus inanes.

Nonne jam cernis calamo fugatus
Ut plagas plagis foditur per omnes
Aſtus haud illum juvat, ut cruenta
Non cadat aſta.

Tu praemes Sancto domitos triumpho
Impios Turcas Latio imminentes
Atque ſubjectos Orientis oris
Seras, & Indos.

Audies feris habitata Bactris

Clau-

Digitized by Google

Clauſtra doctrinam tenuiſſe veram
Audies, & te dirimi obſtinatas
Judice lites.
Nullus armento Lupus ingeretur
Deferens dorſo tegumen bidentum,
Namque, vel prorſus poterit deinceps
Fallere nullum.
Vel lupus ſaevos, qui acuiſſe dentes
Nuper audebat, cupiet Philippi
Recta monſtrantis nova polliceri,
Faedera nutu.
Ad Scytas tandem liber ito felix
In librum multos retuliſſe vitae
Libros thecnis, validus Barathri
Rite futurus.
Te librum fama celebrante, ſaeti
Concinent plauſus, vagus, & perennis
Per omneis rumor referet Philippi
Nomina terras.

Haec cecinit Eruditiſſimus hic Praeſul pro Patris Guadagnoli nunquam ſatis laudata Apologia, quae prodiit in lucem Romae Anno MDCXXXI. in 4. Latinè ex Typographia Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, ex qua prodiit etiam Arabice Anno MDCXXXVII. ſimiliter in 4.

Praeter dictam Apologiam edidit ibidem anno MDCXLIX. aliud eximium Opus, item Arabicum inſcriptum *Conſiderationes adverſus Mahumetanos*; in quo Alchoranum impoſturis, & falſitatibus plenum eſſe

eſſe adeò evidenter oſtendit, ut inter Mahumeti ſequaces, qui cum hoc libro invenitur, poena capitis puniatur.

Edidit etiam ejuſdem Arabicae linguae Anno M DC XLII. ex eadem Typographia Abſolutiſſimam Grammaticam in folio, in qua tanta eruditione, & claritate obſcuriſſimum Arabicum idioma docet, ut fatente Illuſtriſſimo, & eruditiſſimo Domino Sergio Riſio Archiepiſcopo Damaſceno, tali methodo, & facilitate a nemine ante ipſum fuerit tradita.

Inſuper editioni paraverat ejuſdem Arabicae linguae dictionarium numeris omnibus abſolutum, quod licet morte praeventus non ediderit, illud tamen non eſt deperditum, ut ſcribit in Apibus Urbanis Allatius, ſed Romae in Bibliotheca S. Laurentii in Lucina diligentiſſimè conſervatur.

Circa annum M DC XLV. cum Romam perveniſſent plumbeae quaedam laminae, antiquis Arabicis characteribus inſcriptae, ac in Granatenſi Hiſpaniae Regno paullò ante repertae; ab Innocentio X. Summo Pontifice impoſitum ipſi fuit, ut eas in Latinum verteret, quod ne dum praeſtitit, ſed etiam oſtendit, illas laminarum inſcriptiones eſſe Alchorani fragmenta, unde earum lectio, & defenſio, interdicta fuit.

In praedictis linguis Orientalibus Graeca ſcilicet, Hebraica, Caldaica, Syriaca, & Arabica, is diligentèr, ac benignè erudivit P. Ludovicum Marraccium, Congregationis Clericor. Regularium Ma-

tris

tris Dei, dignum tanto Praeceptore diſcipulum.

Ob tam eximiam Arabicae praeſertim linguae peritiam, ab eodem Innocentio X. Summo Pontifice, praedicto Anno MDCXLIV. ejuſdem linguae Praeceptor, in Romano Sapientiae Archigymnaſio deſignatus fuit, ibique uſque ad mortem docuit, ac Anno MDCLVI. die 14. Januarii coram eruditiſſima Svecorum Regina, Arabicam habuit Orationem, tanta gratia, & eloquentia, ut ſummo ejuſdem Reginae, aliorumque auditorum plauſu, excepta fuerit.

Summis Pontificibus Paullo V. Gregorio XV. Urbano VIII. Innocentio X., & Alexandro VII. apprimè charus fuit.

In omnibus Congregationibus, in quibus de rebus ad fidei propagationem pertinentibus agebatur, admittebatur, ejuſque reſponſa velut oracula excipiebantur, Beatae Virginis tanto amore flagravit, ut peculiare votum de ea ſemper ſuper omnes creaturas amanda emiſerit, & quia ex abundantia cordis os loquitur, de ejus laudibus per viginti, & amplius annos, tum diebus ſabbati in Eccleſia Sancti Laurentii in Lucina, tum diebus feſti in partenia quadam ejuſdem loci Congregatione, ſermonem habuit, ac ſemper nova miro fervore dicens, innumeros auditores in ejuſdem Virginis devotione inflammavit, idque ad mortem uſque proſecutus eſt.

Quae circa fidem ſcribebat, ante ejuſdem Virginis, & Crucifixi imagines, flexis genibus exarabat, quod cum actu ageret, Anno MDCLVI. die 27. Martii,

tii,

Digitized by Google

tii, efformata litera *alpha*, Coeleſtem evolavit ad vitam.

Hujus Viri ter maximi, Romae in ingreſſu domus Sancti Laurenti in Lucina, affabrè depicta imago conſpicitur, ſub qua eruditiſſimus Pater Joannes Riſius cum eſſet ſuae Congregationis Praepoſitus Generalis, ſequens elogium ab ipſo compoſitum, inſcribi juſſit.

Pilippus Guadagnolus C.R. M.
Sacrorum Bibliorum Archivium
Eluxit,
Orientalium linguarum cultor; Arabicae Syntaxis author;
Utriuſque Teſtamenti Arabicus Parafraſtes,
Mahometicae impietatis terror, ejuſdemque
Apologeticus everſor,
De Chriſtiana Republica optimè meritus,
Obiit Romae die 27. *Martii Anno* 1656.

Multa ergò, quae de iſto eximio Patre, luculenter ſcripſimus, ultra Auctores citatos, mihi, ex privata Bibliotheca, ac domeſticis Diariis Venerabilis Domus Sancti Laurentii in Lucina, exhibita ſunt.

Digitized by Google

Æneas de Magliano.

Hic etiam honeſtis Parentibus natus, ad literas capeſſendas perſpicaciſſimus factus, literiſque praeditiſſimus, Tractatum *Reſervationum Papalium, ac Legatorum*, typis Venetis edidit in folio, anno MCLXXXIV. quique propterea, etſi de Magliano in Sabinis a Ludovico Gomeſio tom. xv. tractatuum par. 1. pag. 248. fiat, hunc tamen in Patria erraſſe, ſed quidem Æneam praedictum Maglianenſem apud Marſos fuiſſe, Nicolaus Toppius in Biblioth. citat. fol. 76. praedictum Gomeſium refellendo, teſtatus eſt.

Petronilla Paulina de Maximis.

Petronilla Anna Maria Paulina, Marchioni Franciſco de Maximis nobili Romano nupta, adhuc vivens, in Marſis nata eſt, ex Silvia Argola, & Franciſco Paulino Malleanenſi, qui jam clar. mem. Principis Laurentii Columnae nobilis Aulicus, hujuſque ad Galliam pergentis, itineris comes, declaratus eſt, exinde verò in Italiam redux, apud Marſos Hortoni Baro fato conceſſit Anno MDCC.... Familia haec autem Paulina, Malleani adhuc hodie nobilis eſt, & Patritia Marſa. Petronilla verò Patris virtutes imitando, in Archadia conſcripta, Opuſcula ſequentia hactenus in lucem dedit, videlicet.

Can-

Canzoni epitalamihe per le nozze del Signor Conte Firmano Bichi, *e l'Illuſtriſſima Signora .... Ghigi*, Senae Anno MDCC IV.

Le Muſe in Gala per le nozze del Signor Conte Paolo Patritio de Zappettari, *e Camilla Carpegni*, Peruſiae Anno MDCC IV.

I Giochi Olimpici, Romae Anno MDCC V., ut in pag. 59., & 74. patet.

La Corona Poetica rinterzata in lode di Noſtro Sig. CLEMENTE XI. pag. 47. Romae Anno MDCC I.

Oratorio della morte del Redentore. Viennae typis editum Anno MDCXCVII., & Leopoldo I. Imperatori dicatum.

L'Invenzione della Croce. Oratorium praelo datum Viennae, Anno MDCCXCVIII. ad Imperatricem Eleonoram.

Divozioni di S. Anna, quae Parthenopeis ediditae fuerunt typis, Anno MDC.....

Divozione al Glorioſo Angelo Cuſtode, quae Romano praelo data eſt ad Officii B. Virginis formam cum hymnis Anno MDCC V. per Joſephum de Martiis, quam ob rem Creſcimbenus in hiſtoria Poeſis, inque altero opuſculo nuncupato. *Rime ſcelte de' Poeti Illuſtri* pag. 218. uſque ad 221., & in altero, dicto: *Le Rime del Creſcimbeni riſpoſta a tre brindiſi*, quaſdam ipſius compoſitiones referendo, ipſam meritò laudavit.

Paullus Buttafoco, & Paſcatius.

Paullus Buttafoco de Malleano, noſtris temporibus inter primarios Romae Medicinae Doctores clariſſimus, Hiſpaniam cum Cardinali Hieronymo Columna profectus eſt, cui, aliiſque Principibus charus eximiè fuit, non ſolùm ob peritiam in Medicina, verum etiam ob virtutes, quibus exornabatur. Deceſſit Romae Anno MDCXC.....

Paſchatii demum etiam de Malleano, egregii Medici ejuſdem Terrae, qui verſibus multos Sacrae Scripturae libros, ut in Marſorum hiſtor. fol. 174. patet, ſplendidos reddiderat, memoria extat in Eccleſia S. Martini de Malleano, hiſce notis.

Qui cecinit ſtellam, Geneſim, Rut, Judih,
& Æſther.
Paſcatius modico claudor in hoc tumulo.

Fr. Rufinus de Luco Oppido Marſorum delicioſo, Cappuccinus, & celebris Concionator in pag. 206. obiter inſertus, è quibuſdam notitiis mihi in Urbe exhibitis; anno MDCXX. in lucem edidit librum, cui titulus eſt *La Forza del Divino Amore*. Fr. Aſca-

Aſcanius item a Capiſtrello, ut ibidem obſervavimus, etiam Cappuccinus opuſculum *de Ethica Chriſtiana* evulgavit. Floruit circa annum MDCLI.

Raynerius de Avezzano.

Pulchrum, & amaeniſſimum Oppidum Aveani, vel melius Avezzani, in planicie CC. P. a Fucino diſtans, ſitum eſt, quod pulcherrimis aedificiis, viarum diſpoſitione Romano more decoratur, atque Eccleſia Divo Bartholomaeo dicata (ubi hujus brachium aſſervatur) cui Abbas, & decem Canonici, ultra Cappellanos praeſunt, auctum eſt. Templum quippe, quod juxta Phoebon. hiſtor. Marſor. lib. III. pag. 145. nulli ex his, quae in Provincia ſunt, amplitudine, materia, & artificio cedit. Item ampliſſima Platea, ubi qualibet hebdomada nundinae fiunt, cum magno Populorum concurſu, Locus exornatur, quam ob rem factum eſt, ut Oppidum Principis ſedes eligeretur, nam Columnenſes multas Terras in Aprutio ſub Aquilana Provincia poſſidentes, quum illas petunt, Avezzani reſident in eorum Palatio, ad Arcis formam, cum quatuor angularibus Turribus, foſſoque poſito, prius a Gentile Vergilio Urſino, tunc temporis Domino, anno MDCXC. conſtructo, exindeque ab enunciatis Columnenſibus inſtaurato, ut ſupra portam majorem, hac dicti Urſini inſcriptione, manifeſtum venit.

Gen-

Gentilis Vergilius Urſinus, cum Avitum
Ius Parum ſuccederet Bellicae virtutis
Cauſſa relictum a majoribus haeredum
Recup. Auxitque Xiſti IV. Pont.
Max. Copiis Ter. Victor Praefuit.
In Etruria, Latioque, & Gallia
Exercitus Ferdinandi Regis Sicil.
Imper. Varios motus repreſſit,
Deluitque, Remque Reſtituit
Poſtque Bellor. Felices
Succeſſu Arcem Aveiani
Seditioſis exitium a fundam.
Poſ. M CCC LXXXX.

Aſt Columnenſibus, praedictis Urſinis in Dominio ſuccedentibus, Ponte firmiter erecto, ut commodius ad Palatium iter pararetur, novam portam, hoc novo titulo, Marcus Antonius Columna in bello clarus Anno MDLXX. exornavit.

Mar. Ant. Columna Miles Aurei
Velleris Prin. Rom., Marſorum,
Taleacotiique Dux Mar. Atiſſae
Albae, & Manuppelli Comes, Vallis
Rueti Virginiae, Carſeolorumque
Dominus Reg. Sic. Magn. Comeſtab.
Fugatis Equitibus Gallorum Reg.
In Orciano Victoria tributa
Suis Victis Helvetiis In
Campania Validis Inimicorum
Propug. Arce Men. Tormen.

An-

Digitized by Google

Annonaque munita Dec.
Triremium ſuo Dominio acuto
Pace inter Cives Benevol.
Erga ſe Max. Partam, arcemq.
In Aulam redegit An. S.
M D LXX. aetatis ſuae
Vero XXXVIII.

Hic etiam Vallem, & foſſos antedictos in hortos commutavit, viamque rectam ad Lacum ducentem M. P. cum arboribus undique ſiſtentibus, in eo praeſertim latere, prope quod viridarium adeſt, fieri curavit, haſque notas in memoriam profligatorum Turcharum, Deiparae Virgini Chriſtifidelium optimae Patronae, humillimè dicavit.

Mar. Ant. Columna Palliani
Dux Pontificiae Claſſis Praefectus
Maximis laboribus ſuperatis inter Pium
V. Philippum II., & Senatum Venetum
Sanctiſſ. Conciliavit Faedus, &
Pontifex Principem Romanum
Rex Magnum Siciliae
Comeſtabulum Reſp. Avito Jure
Filium Vnanimes delegere
Vt Sereniſs Joanne ab Auſtria
Praefecto Maximo
Abſente pari titulo Terra,
Marique potiretur, Parta
Inde glorioſa Ambrac.
Victoria Terq. Navium

Claſ-

Claſſe fugata, Placidae
Quieti Viam, Portam, Hortoſque,
Fontemque dicavit
CƆIIƆLXXIII. aetatis XXXIX.

Monaſterium autem S. Catharinae, eodem in loco poſitum, etiam celebre videtur, ubi ſequens inſcriptio ante januam, ſita eſt.

D. O. M.
D. Catharinae ex pia
Voluntate Alexandri Fellii Mil.
Et J. C. Societas Miſericordiae
Haeres a fund. extrux. Anno Domini
M DC XI.

Et hanc Monaſterii fundationem dictus Alexander Fellius, ab Anno MDCXI. ultimis tabulis ordinaverat, at ſubindè Columnenſium Principum cura, tempore Clementis X., exindeque ſub Innocentio XI. perfectionem habuit, quum eò majorem ob honorem gloriosè acceſſerint: Maria Hieronyma Columna Soror Germana clar. mem. Laurentii Onufrii Magni Comeſtabilis, magnae virtutis, & prudentiae laudibus decorata, necnon Sorores Angela Electa, & Maria Antonia Nunez, Maria Vincentia Coſtaguta, Em. Card. Coſtaguti Soror, & Maria Bonaventura Cavalletini, probatiſſimae Matronae, & Moniales Romanae, quae omnes diu ibidem apud Marſos commoratae, tandem poſt ſtabilitum Monaſterium, Romam ad proprium rediere Coenobium, nempe S. S. Dominici, & Xiſti Ordinis

S. Do-

S. Dominici; quae omnia adnotata legimus in relatione praedicti Monaſterii, compoſita (& apud nos aſſervata) ab J. U. D. Bartholomaeo Milono Avezzanenſi ex principalibus familiis, ingenii acumine, aliiſque ornamentis etiam Poeticae facultatis decorato, qui in ejus dicta relatione Breve Apoſtolicum Innoc. XI. hic apprimè utile referendum, ſi habuiſſemus, omiſit.

Quibus ſanè praemiſſis, ut ad Viros Illuſtres ibidem ortos redeamus, libet quemdam Raynerium Teutoni filium, Virum apprimè illuſtrem Anno D. CDXI. viventem, inſerere, teſtis eſt Ughell. Ital. Sacr. tom. I. col. 309. ubi eundem, etſi obſcuri pronominis, Avenani tamen, pro Aveano, Civem excepit.

Lancellottus de Lancellottis.

Hic, quum excitato eſſet ingenio, plurimum gloriae cupidus, in Medicina Doctoratus laurea inſignitus, non ſolùm graecas excoluit literas, ut ex veterum Medicorum libris intima cognoſceret, ſed varia etiam rerum cognitione, & lectione delectatus, Etruſcas unà muſas non leviter ſalutavit. Philoſophus non unus è multis, ſed planè ſingularis, reique Medicae peritiſſimus, ad ejus ſcientiam longum uſum adjunxerat; Hinc abſentibus notus, Neapolis Regius ordinarius Archiater fuit, Anno M DC LX., uti conſtat ex fol. 163. Archivi Magni Regiae Camerae, relati a Topp. in Biblioth. Neap. fol. 185.

 Pria-

Priamus Phoebonius.

Gentem Phoebonìam Marſorum nobilem, Patria Avezanenſem, nunc fato extinctam, quae prius Conſanguinea fuerat familiis Baroniae, ex Portia Phoebonia Cardinalis Baronii Matre, necnon Machaſanae, & Duranti nobis Sanguine conjunctae, aliiſque ſuprainſertis, Priamum hunc habuiſſe, compertum eſt. Hic propterea ibidem vitae cunabula ſortitus a teneris unguiculis literas excoluit, & praeclare virtutis ſpecimen dedit. Praeter maximam Juriſprudentiam, non aetatis diuturnitate, ſed ſcientia, laboreque adeptam, magna eloquentia excelluit, ut de Neſtore Homerus occinuit, & ob id in Urbe, vix annos xxv. expleverat, quod Beato Pio V. percharus, publicus L. L. Interpres in Almo Archigymnaſio fuit, ac Sacrae Theologiae Doctor, mox Advocatus in dicta Urbe, exinde vero Primus Collateralis Judex Foro mirabiliter Capitolino praefuit, ubi Potentium cauſſas, & ſine diſcrimine definivit. Ut enim omnibus ſatisfaceret, ſaepenumero omnes ſimul audiebat, & dictabat. Ad aliorum exemplum calumnias deſtruxit, & Aſtraeam è Coelo devexit. Teſtes ſunt Toppius in ſua Biblioth. pag. 352., & Hiſtoria Marſor. libr. III. fol. 146. ubi ſequens ipſius refertur memoria, in Divi Bartholomaei Templo poſita, quae teſte Toppio ibidem, omnium ſic oculis patuit.

PRIA-

PRIAMO PHOEBONIO V. I. D. ROMAE
PVBLICO L.L. INTERPRETI, APIOV. P.M.
PRIMO COLLATERALI IVDICI IN
CAPITOLINO FORO ELECTO, PREPOP.
MORTE PRAEVENTO, FILII MAESTISS.
ID QVOD MISERRIMVM EST POS.
VIXIT ANNOS XXV.

Mutius Phoebonius.

Ave itaque, Aveani decus, praeclariſſime Mutie, dulciſſimum vitae oblectamentum, virtutis radium, & Marſorum lumen.

------ Cui pudor, & juſtitiae Soror
Incorrupta fides, nudaque veritas,
Quando ullum invenerit?

Jam mortus, has meae gratitudinis, & amicitiae ſuſcipe lachrymas, quas tumulo tuo abreptus dolore manibus placandis, offero. Sit igitur ad poſteritatem, tua virtus, tua in omnes affabilitas, tuae vitae probitas omnibus comperta. In praefato, ut innui Oppido is natus eſt, ſed Romae diù exinde manens, hauram ſcientiae vitalem hauſit, ubi Utriuſque lauream Doctoratus in Jure acquiſivit. Fuit etiam Theologiae Profeſſor, atque graeca lingua, latinaque excultus, Poeta quoque clariſſimus extitit, ut è quibuſdam ſchedis Mss. vidimus. Ad Patriam reverſus, Protonotariatus munere auctus, Vicarius Apoſtolicus, Aquilae praefuit, necnon ſubinde Vica-

rius Generalis Marſorum, qua in dignitate, maxima ſui nominis fama relicta, obiit anno MDCLXXV., & Piſcinae in Eccleſia Cathedrali abſque praeconio, ſepultus eſt.

In lucem, quum edere mortis cauſſa non poſſet Marſorum jam digeſtam hiſtoriam, hic pluries allegatam, Aſdrubal ejus Frater Militum ductor, & hic inter Viros Illuſtres inſertus, illam evulgavit, Neapoli apud Michaelem Monachum, Anno MDCLXXVIII. & Clariſſimo Viro Didaco Petra, tunc Marſorum Antiſtiti, dicavit.

Rurſus idem Abbas Mutius compoſuit, vulgavitque vitam Sanctorum Dioeceſis Marſorum, Romae per Nicolaum Angelum de Tinaſſis, Anno MDCLXXIII. eidem Didaco Petra nuncupatam. Item vitam S. S. Rufini, & Caeſidii, Romae per Manelphum Manelphi Anno MDCXLIV., & inſcripſit Em. D. Julio Cardinali Mazzarino in 4.

Quam ob rem contemporaneis Scriptoribus, aliiſque eruditis notiſſimus fuit, hinc in ephemeridibus literatorum praedicti anni 1678., de ipſo mentio facta eſt, necnon celeberrimus Vir Ferdinandus Ughellius Ital. Sacr. tom. 1. de Marſis loquendo: *Hodie*, inquit, *huic Eccleſiae praeeſt* (ideſt Tranſaquenſi) *ſub Abbatis Titulo Mutius Phoebonius Amicus noſter, eruditus homo, atque Patriae ſuae antiquitatum benè peritus, a quo multa accepimus tum de Marſis, tum de vita S. Rufini Martyris, & caet.* Hinc etiam a Toppio in citat. Biblioth. fol. 217. & a Fabretto de emiſſar. Fucin.

cin. commendatus eſt: Nos autem quid in grati animi ſignum, tanto Viro faciemus? Ut ipſum inferamus juſtitia jubet, ſed eidem alicujus Epitaphii rudem notam, in Marſis indoctorum incuria, minimè deſignatam, quod hic ſaltem referamus, haud nemo ſuadere verebitur.

HEV LECTOR, HOSPESQVE CVR CITO'
PROPERAS? SISTE PAVLVLVM,
ET LEGE MVTIVM HVNC NATIONE
MARSVM, QVI CLARVS, ET CHARVS
OMNIBVS IN MARSIS TVMVLO DATVS,
APVD DOCTOS VIVET.
NAM SICVT PHOEBI FAX
PERPETVO' LVCEBIT, ITA PHOEBONII
NOMEN AETERNVM ERIT.
PETRVS ANTONIVS AB. CORSIGNANI
J. U. D. MARSVS CIVISQVE ROMAN.
ANNO Dñi M DCC XI. EXARABAT.

Aurelius Matthei, & alii.

E' nobili familia Matthei de Avezzano, micavit J. C. Aurelius, Aſtronomia, & Mathematica clarus, qui Anno MDCXCIX. magna virtutis opinione obiit. Liquit Manuſcripta quaedam opera, jam digeſta, & publicae luci accommodata, licet hactenus minimè vulgata fuerint, quorum primum materno compoſitum idiomate, in decem dividitur partes, continetque Inſtitutiones, ſive diverſas A-

ſtro-

ſtrologiae materias; Latinè verò explicavit cum notis, opera veteris, obſcurique Aſtrologi Hali Heben Rodoan, necnon libros Franciſci Junctini, cujus hoc initium eſt.

Defenſio bonorum Aſtrologorum de Aſtrologia Judiciaria adverſus Calumniatores, in qua ſimul declaratur, quae ſit iſta divinatio, & quommodò ab illicitis divinationibus differat.

Item quaedam alia in fol. unico tomo exarata reliquit, necnon tractatum *de Judiciorum doctrina in erigendis figuris*, quae omnia in Urbe apud ſuos Nepotes (quorum unus eſt Philippus Matthei Excell. D. Fabritii Columnae Palliani Ducis, nobilis Aulicus) exiſtunt.

His omnibus ad ornatum praemiſſis, infraſcriptos placet ibidem natos adnectere, qui in hoc tantum laudandi ſunt, quod aliquibus honoribus Patriam illuſtrarunt. Itaque Franciſcum Mercatellum popularium ſuorum militum ductorem, è vita exceſſum, inſcium nunc eſſe dedecet, quum in Fabretto ſequenti praeconio ipſius praeſtantia ſat omnibus comperta videatur, in tract. de Emiſ. Fucin. fol. 392. ibi -- *Aſſerente ornatiſſimo Viro, mibique veteri amicitia juncto Franciſco Mercatello popularium ſuorum in Avezzano Oppido Militum ductore locum adivi* (ideſt Fucinum) *& ſtupendum hoc naturae miraculum biſce oculis perlegi, & caet.*

Joſeph autem Abbas ejuſdem cognomenti, etiam vita functus, eruditus homo fuit, atque clar. mem.

D.

D. Laurentii Onufrii Magni Comeſtabilis Columnae ſupplicum libellorum Scriptor egregius, qui in negociis pertractandis ſingularis factus, cum dicto Principe mox in Hiſpaniam itineris comes apud Carolum II. ſe recipit, deindè verò Neapolis eidem Magno Comeſtabili Regni Proregi, fidelem ſervitutem ſervivit. Vir demum memoria dignus, annos natus quinque & ſexaginta, incrudeſcente malo, in Urbe ſuccubuit Anno MDC. . . .

Ipſorum autem mox deletae familiae haereditas, ex praedicti Franciſci tabulis, Emin. & Rev. Domino Principi optimo, morumque candore excultiſſimo Carolo Cardinali Columnae, delata eſt.

Eques Tyberius Felli, aliique.

Tyberius hic a Carolo V. tunc Neapolis degente, Equeſtri dignitate decoratus fuit; quum enim altiſſimi eſſet ingenii, & elevati animi, Neapolim profectus, ibi ſuperius allati Antonii Epicuri Marſi, Imperatori chariſſimi adjutorio, dicto equeſtre honore inſignitus planè extitit; Patet namque ejus dignitas in privilegio Majeſtatis ſuae, Avezzani adſervato, mihique exhibito.

Martius Fellius, mox enunciati Tyberii filius, non modo ſumma doctrina, & dexteritate praeditus, ſed etiam utriuſque laurea inſignitus, Commiſſarius in Campania Felici nuncupata, quae pars Latii eſt, necnon Tranenſis Praeſidens, fulſit.

So-

Digitized by Google

Solertiſſimus Scriptor quum eſſe debeat, ſequentes literas, Aquilae in Eccleſia Patrum Conv. S. Franciſci poſitas comperi, ex quibus clari & probi Viri Marci Antonii nobilis familiae de Minicuccis, inter principales, qui decorè ibidem vixerat, Regius Theſaurarius, memoria poſteritati acceſſit. Epitaphium verò a q. Doctore Petro Antonio, & Joanne Philippo J. U. D. erudito Viro, adhuc vivente, in dicta Urbe eidem extructum, hoc eſt.

PICT. HOC OPVS A MARCO
ANTON. FIL. Q. PETRI
ANTONII MINICVCCI AB
AVEZZANO IN MARSIS DVM
IN HAC VRBE REGIVS THES.
PRAESID. ANNO M. D.
XCI. EXTRVCTVM PENE
COLLABEN. IOANNEM PHILIP.
ET PETRVS ANTON. I.V. DOCTORES
EIVS ABNEP. ANNO M.
DC. LXXXII. RESTIT.

Et in Eccleſia .... Avezzani pervetuſtae familiae de Orlandis, ſequentibus notis, praeſtantia legitur.

D. O. M.
IOANNI ORLANDO I. C.
ERVDITISS. AVEZZANI IN
MARSIS CLARIS ORTO NATALIB.
IN IPSO VERAE CHRISTIANAE
RELIGIONIS, DOCTRINAE, ET IVVENT.
FLO-

FLORE IMMATVRA MORTE
DECERPTO ANNO A NATO DOMINO
M. DC. XXIX. ÆTAT. XXXVIII.
AC . . . . LIBERATORIAE
MATRI EXIMIAE PIETAT.
HONEST. AC PRVDENTIAE
MVLIERI FILIVM . . . ÆTATIS
SVAE LXIII. M. ANT., ET
VINC. ORLANDI VID. MATRI
OPTIMAE FRATR. OPTATISS.
MOESTISS. POSVER.

Abbas Alexander Milonus J. C. de Avezzano, ſupradicti Bartholomaei Miloni ex Patre, necnon Illuſtriſs. Julii Martii nobilis Tyburtini, Epiſcopi Eliopolen. Veliternis Suffraganei doctiſſimi, probiq. Praeſulis, ex Matre ejuſdem Epiſcopi Sorore Nepos, eruditiſſimus Vir, Romae ubi moratur, elaboravit evulgandi gratia librum hujuſce tituli.

Sanctorum Tyburis Faſti.

Aſt è familia Duranti, quae vetuſta eſt, & una ex principalioribus, genus, ortumque habuit Dominicus, qui miles factus, Anno ſalutari M DC L. apud Philippum IV. Hiſpaniarum Regem, militum Dux, eſſe meruit, hinc ita ſtrenuè, prudenterque ſe geſſit, quod denique Triremium Neapolis pariter Dux (munus etenim pernobile eſt) fato ceſſit Anno M DC LXV. Ex privilegio, caeteriſque memoriis apud ſuum haeredem Proneptem, Avunculum noſtrum aſſervatis, notum fit.

Digitized by Google

Antonius Gattus.

Hic etſi humili in loco Ortygiae natus (ideſt Ortucchiae alibi inſertae) virtute tamen clariſſimus extitit. Ejus Pater Piſcator fuit, quod haud dicere omittimus: Erubeſcant benè hi, qui temerè de nobilitate potius, quam de adulterinis gloriantur moribus. Quia genere, ac virtute nobilis fuit Moyſes, ideò illuſtri ſe de ſanguine propagatum, modeſtiſſimè occultavit. Qui imprudenter illuſtria de ſe natalia buccinat, hoc ipſo, ſe impium, ignobilemque prodit. Chriſtus etiam pauper pro nobis factus eſt, unde Divo Euſebio teſte, qui ingenuum ſe dicere praeſumit, poenè eſt, ut neget ſe Domini noſtri ſanguine comparatum. Quod enim omnes, Adam Patrem habeamus, D. Hilarius, & caeteri dixere, hinc dignitas originis, in operum conſiſtit exemplis, & proſapiae gloria, fidei imitatione retinetur. Ariſtotel. 5. Polit. 1. Plato, & Juven. hoc verſu.

Atria nobilitas ſola eſt, atque unica virtus.

Quinimmo ut ad Gattum redeamus, in Medicina ipſe clariſſimus fuit Neapolis, ubi maximam virtutis opinionem obtinuit. In lucem edidit teſte Nic. Toppio in Biblioth. Neap. fol. 27. Romae apud Zanettos, & Ruffinellos Anno MDLXXXVII. tractatum. *De Cometis. Libros Varios.*

Reliqua verò Mss. poſt mortem ab ipſo relicta innuere, difficillimum eſt: Hoc unum ſat dicere valeat,

leat, quod ex ipſius phrontiſterio, veluti ex equo Trojano diſcipuli proceſſerunt innumeri; ex qua ſiquidem re, Marſorum virtus uberrimè pateat, quum ingenioſa haec Regio ſit, ſemperque Magnos genuerit Viros, quorum aliqui, licet negoci is incumbant, hi tamen, qui literis praeſtant operam, doctiſſimi evadunt, in armis verò optimi efficiuntur, ac demum ſanctimoniam diligentes, non pauci reperiuntur.

Joannes Antonius Antonellius, Joannes Caeſar Bontempi, & alii.

In Oppido, Cappella, nuncupato, in planicie poſito, mox quaſi vetuſtate collapſo, Joannes Antonius hic ortus eſt, qui in Medicina Romae, ubi nuper obiit inter principaliores ſuae doctrinae, locum habuit. In Oppido autem Scurculae CCC. P. a praedicto diſtante, ortus eſt ingenii conſpicuus Joannes Caeſar Bontempi, qui J. U. D. etiam Romae Cauſſarum Patronus de Collegio fuit, omnibus Vir ſuavis ſolertia celebris, & Marco Antonio Columnae addictiſſimus. Horatiam Salamoniam nobilem Romanam in Uxorem duxit, poſtremò verò autumnali tempore Patriam reverſus, diem inibi clauſit extremum, cui in Eccleſia S. Antonii ejuſdem Loci, hanc tabulam Conſanguinei poſuere.

Joanni Caeſari Bontempo J. V. D. Joanni
Baptiſtae Filio nobilium Ducum Aſcolanii,
Et M. Antonii Columnae Famil. & Illorum
Cauſarum Patrono Solertiſs Qui dum
Patriae amori dulcedin. duct. In Patriam
Redit, in Patria obiens, hoc in
Tumulo illius oſſa recoli juſſit, non
Sine Urbis dolore, & invidia, & caet.
Joannes Baptiſta Fredericus, & Mar.
Filii, non ſine lacrym. Poſ. Vixit
Ann. LXIV. Kal. Octobr. Anno
MDLXXXIV. Et Horatiae
Salamoniae nobili Romanae
Uxoris dicti Joannis Caeſaris
Requieſcit, & caeter.

Antonius Roccus, qui a Phoebonio dicitur de Scurcula lib. 1. cap. XI. in fine, in Indice tamen eum vocat ritè Antonium, in cap. verò praedicto Petrum nominat; Erraſſe tamen credo, eo quia in Opere: *Le Glorie degl' Incogniti* pag. 59. apertè Romanus vocitatur, & ejuſdem effigies ibidem viſitur. Idem eſſe ex operibus allegatis, ſatis ſuperque conſtat. Romanum quoque dicunt de Chales in Opere *Corto Matematico* tom. 1. *Trattato Proemiale* cap. 9. anno 1633. Jacobus Gaddi tom. 1. De Scriptoribus pag. 45. Eques Proſper Mandoſius in Bibliotheca Romana, vol. 1. cent. 5. n. marg. 61.

Pe-

Petrus Paullus de Vecchis, & alii.

Is attrito ordine hic inſertus, eo quia nuper mihi compertus eſt, Auriculae Oppidi, ut ſupra diximus, pag. 62. in finibus Marſorum Tyburtinos verſus poſiti, J. U. C. excellens, ac praeſertim in materia criminali excellentiſſimus, Romae diu extitit, ſuoſque dies conſumpſit: multis Sacrae Conſultae Guberniis adhuc Juvenis claruit; Ad Urbem exinde magna reverſus prudentia, patientia, ac praxi ornatus, ibi muneribus Subſtituti Locumtenentis Criminalis Auditoris Camerae, ac poſtea Judicis Maleficiorum, in Foro Capitolino, egregiè, ac integrè functis, obiit, Anno Servatorio MDCC. . . .

Angelus Floridus a Collelongo Marſorum, quod Oppidum ſub Marchionatus titulo nobilis Saneſiae gentis eſt, Archiater celeberrimus Romae claruit; Vir in Medicina doctiſſimus, qua multis Principibus apprimè charus extitit: pro familia clar. mem. Chriſtinae Svecorum Reginae, aliquandò inter ipſius Archiatres, admiſſus eſt. Nomen igitur tanti viri tunc temporis celeberrimum fuiſſe, omnibus planè innoteſcit, ut mihi a Viris fide dignis, ac in ſcientia conſumptis, integrè, perſuaſum eſt. Denatus fuit Romae Anno MDCXCVII.

Marſis hodiè (pro coronide ſcias) in Epiſcopatu praeeſt, Illuſtriſſimus D. Franciſcus Bernardinus Corradinus de Fabriano, ab Innocentio XI. creatus, pro-

probatiſſimus Vir, ac Paſtor optimus, qui Didaco Petra, ultimo Marſorum Epiſcopo, relato a Phoebonio in Catalogo poſt Marſorum hiſtor. pag. 44., ex Vicario Generali Mediolani, ſucceſſit.

Quum autem ad hujuſce mei laboris finem commodùm tunc pervenerim cum ad Juriſprudentiae ſtudii familiaritatem receptus benignè fui ab Illuſtriſſimis Dominis PHILIPPO SACRIPANTI Conſiſtoriali Advocato, & CAROLO, Parentis Coadjutore, probatiſſimae doctrinae, & integritatis Viris, hinc ipſos gratitudinis, obſequiique cauſſa nominatos velim; ſed quia majora mihi virium non ſuppetunt, hoc tamen innuere honoris gratia ſufficiat, CAROLUM nempe, atque Abbatem HYACINTUM Baſilicae Vaticanae Canonicum, omni etiam doctrina excultum, ejuſdem laudati PHILIPPI filios, necnon Emin. Domini JOSEPHI SACRIPANTI doctiſſimi, optimique Cardinalis, Nepotes, haud degeneres eſſe.

HAEC itaque Orbi dedimus dictarum Illuſtrium Marſorum animarum exempla, quae hactenus cum vitae notis, geſtiſque virtutibus expiſcare potuimus; Reſtat exinde, quod caeteri Marſi, benè vivendo, ſtudendoque ad dignitates, virtuteſque aevo noſtro convolare feſtinent, ut relatis, alteros ſubnectere valeamus. Si verò è vita exceſſimus, ut hoc fiat Poſteris commendamus, quum fatente Seneca Epiſt. LXIV. nemini ſcribere prohibeatur, neque ulli nato quicquam adjungendi occaſio praecluda-

da-

datur, abſque eo quod invidos timeant, nam Rhodigino interprete *Virtuti ſemper invidia cedit*. Admonitus tamen velim qualiſcumque poſt me Lector futurus ſis, quae Cato dulciſſimè innuit.

Quod potes id tentes, operis ne pondere preſſus
Succumbat labor, & fruſtrà tentata relinquas.

Finis: laus Deo.

PETRI

Digitized by Google

PETRI ANTONII CORSIGNANI J. C.

Inſcriptionum Marſorum Collectiones variae.

Praenobili, omniumque elegantium Literarum genere

EXCULTISSIMO VIRO

PROSPERO MANDOSIO

Patritio Romano, Ordinis S. Stephani Militi Clariſſimo.

DUO, inter alia, hiſce meis Vigiliis contigiſſe gratulor, alterum nempe, quod nobiliſſimum, doctiſſimumque Praeſulem Protectorem habuerim, alterumque, quod Inſcriptiones has, quae operi acceſſere, tibi etiam, virtute, clariſque natalibus ornato, gratitudinis cauſſa inſcriberem. Unum tamen verebar, tibi videlicet fragmenta, cui nonniſi majora debentur, dicaſſe, ni Te operis hujuſce Cenſorem benignum fuiſſem expertus, & talem quippe, qui Viros noſtros Illuſtres, non ſolùm approbaſti,

Digitized by Google

baſti, verum etiam commendaſti; Unde admodum operi quum te juvaſſe cognoverim, magna officia polliceri me debere, ſi valerem, ambigendum non eſt. Tuam porrò virtutem extollerem, ob varios tomos praelo datos, niſi eam permulti laudati Scriptores egregiè laudaverint, quorum aliqui tibi quoque lucubrationes proprias nuncuparunt. Pallada etenim, & Appiada opera ſunt Tua. Quae ſanè haud extollendi, ſed teſtificandi cauſſa Tibi gratias dixi, & alibi dicam. Tu interim fac, ut valeas, ac Te, ut me diligas efflagito. Quoniam verò tam Priſcos Graecos, atque Latinos, quam modernos omnes, Inſcriptionibus, tabuliſque ad rerum tranſactarum memoriam explendam uſos fuiſſe, innoteſcit, hinc placuit (Lector) quaſdam Marſorum Inſcriptiones vetuſtas, & recentiores hic etiam ad Operis ornatum inſerere, & miſcellaneè colligere. Quanvis enim in Marſorum hiſtoria, inque Fabbretto de Fucini Emiſſario multae ex his relatae videantur, quia tamen non omnia omnes aſſequi poſſumus, ſaepè idcircò evenit, ut vetuſtis notis conſignata, nova quaedam, nec prius nobis cognita, aut lucida faciant, vel typis evulgent; quibus modò emendare, modò, ut in theſi noſtra Scriptores ipſos ſupplere oporteat. Admonitus itaque Lector ſis velim, ut quae in corpore noſtri opuſculi aliqua occaſione explanatae ſint, hic licet referantur, non tamen explicabuntur, ſed quidem in eis pagina ejuſdem operis ad inſtar repertorii, attrito ordine, ſubnotabitur. Quae verò ibidem haud

Oo al-

allatae videntur, infra explicabuntur.

Labeonis ergo priſci Marſorum Ducis inſcriptionem, etſi a Phoebonio inſertam, quum tamen ipſa in Dalmatia exiſtat, non hùc adducendam eſſe putavi. Vide fol. 21. & Titi Hortentii, quam in Templo S. Marci de Urbe aſſervari volunt, lege fol. 23. Ad marmora quippe apud Marſos exiſtentia, tantummodo accedo.

D. M.
Iuliae Ianuariae
C. Iulius
Priſcus Matri
B. M. P.

Alia.

Peticius Sa., & Petronia
San. F. Peticii P. P.

Alia.

---- C. Trebatio C. F.
Optato Strabonia
Secundilia Con.
Et Trabea Ruffilla
Patri B. M.
P.

Altera.

Salus Sancta Flavius
Victor Rom. D. D.
L. M.

Haec omnes explanantur in fol. 28., & 29.

Hier.

Digitized by Google

Hier. Fiſc.
Rop. Mer. fec.

Eſt in quodam Lapide Eccleſiae dirutae Paterni.

Mar. Vectius Marcellus
Marſ. Procur. Auguſt.
Et Opt. Elvidia
G. F. Priſcilla
Marcelli S. P. F.

Declaratur haec ſupra in tract. de Viris Illuſtr. Marſ. fol. 31.

Verer. poſt Ian.
Fier. fec. hoc Op.
Ad Iul. bon.
Anno M.......

Aſſervatur in Magno Lapide Caſtri fluminis Oppidi, ab amico tranſmiſſa.

Fato crudeli ſi qua eſt
Erepta Puella certe
Ego quae Domina
Cara Puella fui
Quae me omnes
Artes docuis doctiſs.
Cumque eſſem rapta
Scope nunc tegor
Hoc Tumulo Scopeni
An. XI. Vettia Natalis
Vettia Prima P.

Extabat haec inſcriptio Sulmonis, & hic re-

fertur, quia raptum Marſicae cujuſdam Puellae indicat, eſtque de conſequentia enunciatarum notitiarum.

Aſiatico C. L. V. F.
Senatus Albenſis
P. P. Anno....

In fol. 40. habetur ejuſdem explanatio.

Reſpublica Populuſque
Corfinienſis Sacellum
Lycejum vetuſtate
Delapſum adjectis
Baſilicis ſua Pecunia
Reſtit. Decreto Decur.

Lege fol. 16. unde hic placuit ipſam etſi extra Marſos ſitam referre, vide Cornel. Tacit. lib. XII. Annali, & Sveton. in Jul. Caeſar Imp. Vita.

Caeſari Baronio
Sorano
S. R. Eccl. Presbyt.
Card. Hinc ex Mater.
Origine Oriundo.

Declaratur in fol. 118.

Viſt. . . fuer.
An. Marſ. hoc
Mon. Syll. teg.

Alia.

Arc. Mont. fier.
Feci. Vett. Nōn.
ler. fuit noſt.

Num.

Digitized by Google

Num. hoc vid.
Lic. Pin. Mont.
Hoc opus eſt.

Alia.

Nummular. Marſ.
Claud. Tulit.
E Rom. ad Fucin.
Proper. implevit.
Civit. & Popul. Marſ.
Salve Caeſ. Opt.
Hoc fier. mand.
Anteſ. Civit.
Roſtr. in erg. an.
Ben. Div. Viv.

Omnes haec tres inſcriptiones, quod repertae fuerint in lapidibus è Pinna exhauſtis, probatur è chartulis, & Schedis aliquot nobis ab amicis traditis; quarum ultima indicare mihi videtur nummularia Romani Caeſaris Claudii, qui ad Marſos properabat; Solebant nanque Principes praecipuè Imperatores Oppida, ſive Urbes, quò accedebant nummis, aliiſque rebus illuſtrare. Concordat haec opinio cum iis, quae Vaillant. de Familiis Nummul. Romanar. tom. II. pag. 100. & 110. tradidit, ubi fuſiùs habentur familiae Marciae, necnon nummi, qui in paginis a dicto Vaillant. relati, quibuſdam in Marſis compertis aequantur, ut alibi hac occaſione tradidi.

Aquam

Aquam hanc M. F. Romam adduc.
Curab. Vrb. C. Anno....

Erant haec verba in quodam Lapide apud Petugnam in Marſis reperto, & Fabrimurariorum incuria nuper aedificiis applicato, ubi aqua Fucini ad Urbem, non per Claudium Imperatorem tranſportata ſignabatur, ut voluere M. Antonius Sabellicus apud Svetonium fol. mihi 1171., & Plinius hiſt. natur. cap. XXXVI. quorum ſiquidem aquaeductorum veſtigia, mox etiam prope Lucum oppidum, aliiſque in locis Marſorum, necnon propè Tiburtinam Civitatem apparent, ſed verè aquam illam per ly *M.*, *Martium* deſignatam ex lacu Fucini Romam ductam fuiſſe, ab Anco Martio Rege, juxta Tibull. lib. III., & Michaelem Antonium Baudrand. in Geograph. tom. I. fol. 629. Vide etiam Vaillant. de Famil. Roman. to. II. pag. 110. n. 22. ubi de aqua Martia Romam perducta, necnon de Marcia familia, & de Anco Martio.

Amphitheatr.....
Hoc Fucen. Imp.
R. Hic M. Homin.
Formid. affect.
--- Si. eu ---
Miſer. Cur. ann.
Vrb. Con.....

Refertur haec inſcriptio in quibuſdam ſchedis mihi ab Amico in Urbe exhibitis, ex quibus praedicta verba inſcripſimus; quae, ut reor, indicabant teſtimo-

monio infraſcriptorum Auctorum Amphiteatrum, ſivè noumachiam in Fucini lacu factam, Anno ab Urbe condita DCCCVI. a Claudio Imperatore, ut habetur ex Plinio hiſt. natur. cap. XXXVI. Beloard. Comment. ad Sveton. in Claud. Caeſar. fol. 583. & 584. & ex citando Cornelio Tacito. Lacus quippe, de quo nuper tractatum Raphael Fabbrettus Urbinas edidit poſt tractatum de Columñ. Trajan. pag. 235. XL. Milliariis Mauſulaeo aut Coloſſo, vel equo Capitolino celebrior eſt, quo ſanè exteri Majori curioſitate viſendi cauſſa accedere deberent; Quum is Scriptoribus compertus, atque aextimatiſſimus fuerit, Plinio videlicet libr. IX. cap. IX. qui ejuſdem piſcem quemdam octenis pennis notantem, notavit, necnon Vergilio Æneid. VII. lib. V. Baudrand. in Geograph. tom. I. fol. 414. & Martial. Epigram. XXVIII. Serv. ad Æneid. lib. X. Phoebon. hiſtor. Marſor. & Petro Marſo in Commentar. ad Silium Ital. lib. IV. Tacitus autem XII. Annal. num. 130. fol. mihi 189. juxta editionem Petri Cavalier Anni MDCVIII. Pariſiis, & juxta editionem Ambroſii Drovart. Anno CIƆ IƆ. XCIX. fol. 287. ſic in propoſito inſcriptionis ait -- Sub idem tempus inter Lacum Fucinum amnemque Lyrin rupto Monte, quo magnificentia operis a pluribus viſeretur lacu in ipſo Navale praelium adornatur, ut quondam Auguſtus ſtructo eis Tyberim Stagno, ſed levibus navigiis, & minori copia ediderat. Claudius Triremes, quatriremeſque, & unde viginti hominum millia armavit cinctoraribus ambi-

ambitu ne unquam effugia forent, attamen ſpatium amplexus ad vim remigii, & gubernantium artes, impetuſque navium praelio ſolitos in ratibus praetorianarum cohortium manipuli, turmaeque adſtiterat antepoſitis propugnaculis, ex quibus Catapultae, baliſtaeque tenderentur. Reliquae Lacus Claſſiarii tectis (pro rectis) navibus obtinebant (hinc perbellè quoque hujus emiſſarii nuper meminit Antonius Abbas Ricchi Civitatis Corae in ſuo opere Mss. nuncupato *La Regia de Volſci* eruditus Vir Patriaeque ſuae peritiſſimus) Tacitus verò loco citato, ſic in propoſito ſequitur -- Ripas, & Colles, ac montium edita in modum Theatri multitudo innumera complevit, proximis è mancipiis, & alii Urbe ex ipſa viſendi cupidine, aut officio in Principe ipſo inſigni pludamento, neque procul Agrippina Chlamide decorata praeſedere. Pugnatum quamquam inter fontes fortium Virorum anima, ac poſt multum vulnerum occidioni, exempti ſunt. Sed perfecto ſpectaculo, apertum aquarum iter, & injuria operis manifeſta fuit, haud ſatis depreſſi ad lacus ima, vel media. Eoque tempore interjecto altius effoſſi ſpecus, aut contrahendae rurſus multitudini gladiatorum ſpectaculum editur, in dictis pontibus pedeſtrem ad pugnam, quin & convivium effluvio lacus appoſitum, magna formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat convulſis ulterioribus, aut fragrore, & ſonitu exterritis. Simul Agrippina trepidatione Principis uſa miniſtrum operis Narciſum incuſat

cu-

cupidinis, & praedarum. Eo enim tempore Dio relatus in commentis in dicto fol. 189. n. 133. ſcribit, Lacum muro ligneo, trabibuſque circumdatum fuiſſe. Sciendum etiam eſt, tunc Agrippinam abortum feciſſe, ob belli rumorem, teſtis eſt quaedam marmorea tabula, nuper a Lapicida rupta, quae ita ſe habebat.

Nobilis Progenies Auguſti
Hic tumulata eſt.

Alia.

Gentilis Virgilius Vrſinus cum
Avitum Ius Parum ſuccederet Bellicae
Virtutis cauſſa: Relictum a maioribus
Heredum Recup. Auxitque Xiſti IV. Pont.
Max. copiis Ter Victor. Praefuit
In Ætruria, Latioque, & Gallia Exercitus
Ferdinandi Regis Sicil. Imperat. Varios
Motus repreſſit, delevitq. Remq.
Reſtituit poſtque bellorum Felices
Succeſſus Arcem Aviani ſeditioſis.
Exiti VM. A fundamentis Poſ.
MCCCCLXXXX.

Vide in folio 170.

Marcus Antonius Columna Miles
Aurei Velleris Prin. Roman.
Marſorum, Talleacotiique Dux Mar.
Atiſſae, Albae, & Manuppelli Comes
Vallis Rueti Vrſiniae, Carſeolorumque
Dominus Reg. Sicil. Magni

Pp Co-

Comeſtabulus, fugatis Equitibus Gallorum
Reg. in Orciano Victoria tribuerat.
Suis victis Helvetiis in Campania validis.
Inimicorum Propug. Arce Men.
Tormen. Annonaq. Munita Dec.
Triremium ſuo Dominio Aucto
Pace inter Cives Benevo.
Erga ſe Max. Parta
Arcem in Aulam redegit
A. S. M. D. IXX.
Aetatis ſuae verò XXXVIII.

Ibidem.

Marcus Antonius Columna Palliani Dux
Pontificiae claſſis Praefectus
Maximis laboribus ſuperatis inter
Pium V. Philippum II. Et Senatum
Venetum Sanctis. Conciliavit Foedus,
Et Pontifex Principem Romanum
Rex Magnum Sicilia Comeſtabulum
Reſp. Avito jure Filium Vnanimes
Delegere, ut Sereniſ. Ioanne
Ab Auſtria Praefecto Maximo
Abſente Pari Titulo Terra Marique
Potiretur Parta inde Glorioſa Ambraciae
Victoria Terq. Navium claſſe
Fugata Placitoe quieti. Viam Portam,
Hortos, Fontemque Dicavit
CIↃIↃLXXIII. Aetatis XXXIX.

Vide fol. 170., & 171.

Ma-

Mahamet. Filii Alibarum Praeſe. C.
Ethuſſaim. Scia. Turcharum Maris.

Conſervatur inter picturas Aulae Palatii Columnenſium Avejani, ſive Avezzani.

Priamo Phoebonio V. I. D.
Romae Publico L. L. Interpreti
A Pio V. P. M. Primo
Collaterali Iudice in Capitolino Foro
Electo Prepropera morte Praevento
Filii moeſtiſſimi id quod miſerrimum
Eſt Poſuerunt.
Vix. Ann. XXV.

Vide fol. 275.

D. M. S.
Q. Ninnio Q. F.
Strenuo Severo
Aug. Ianuaria
Coniugi B. M. P.

In fol. 28.

D. M.
Iuliae Ianuariae C. Iulius Priſcus
Matri B. M. P.

Ibidem.

Peticius Sa. & Petronia Sa. F. Petici.

Ex Marſor. hiſt. fol. 151.

C. Trebatio C. F. Optato Strabonia
Secundilia Con. & Trabea
Ruffilla Patri B. M. P.

In fol. 29.

Digitized by Google

Salus Sancta
Flavius Victor
D. D. L. M.

Fuerunt hae verba expiſcata in quodam marmore, apud Fucini ripam exiſtente, eratque Salutatio Flavii Victoris cuidam Sanctae teſte T. Marſor. hiſt. fol. 152.

D. O. M.
Angelo Machaſano de Pereto Primo
Anſianenſi Epiſcopo, qui altare, ubi
Sanctus Caeſidius Martyr occubuit
Conſecravit Anno MDXXIII. Propè
Eius Statuam ſepulto, diruto mox
Altare, eiuſque abolita Pietatis,
& devotionis memoria ne temporis
Iniuria poſtmodum nomen deliteſcat Abb.
Mutius Phoebonius ab Avezzano,
Ex Leonora Machaſana Abnep. Avun.
Moer. P. An. MDCXLIII.

Eſt in fol. 148. explanata.

D. O. M.
Berardini de Nobili Rugerii Familia
Oriundi hoc corpus requieſcit, in tumulo,
Spiritus autem Aſtra Beata colit,
Qui & ſaepe opere, & conſilio
Domum reluſtravit, ac Rexit ſublatus
Inopinata morte Amicos, Domeſticos,
Parentes, atque Patria denigravit.
Tandem in ſuo noviſſimo fine una

Om-

Omnium ſuorum Civium voce eius vita
Summis lacrymis comprobata fuit.
Obiit Ann. Domini MDXXXV.
Die VIII. Octobris.

Vide fol. 183. ubi fuſiùs.

ALBENSIVM FINES.

Sunt hae literae inquodam lapide inter oppidum Loſrini, & Villam S. Stephani, qui modo in Eccleſia S. Mariae propè Scanzanum adſervatur.

C. Gavio N.
F. C. Veredus
G. F. Meſſale . . .
Fucino V. S.
L. M.

Erat haec inſcriptio in quodam praedio, propè Piſcinam poſito, quae teſte Marſorum hiſtoria, indicabat votum C. Gavii factum Fucino, a quo morbis ſanatus fuerat: Aqua enim Fucini alias enucleati, quum impigra maneat, nec pinguedine terrae maculetur, ſive venenoſa animalia gignat, eſt lotione ſalubris, quoniam ſcabiem, alioſque morbos ex hepatis inflammatione provenientes, ut in dicta Marſorum hiſtoria liquet, curat.

A. D. M. CC. V.
In Dictione IV. Ego Abbas Baldus.
Baldus Filius Alberti Joannis
Salvi de ..... Hoc opus

A

Digitized by Google

A fundamentis fieri feci manibus
Magiſtri Io. Guarini, & Petri.

Explicatur in fol. 249.

Cn. Titulejus C. F. Fab. Eques C.
Titulejus Cn. F. IIII. Vir. Iter.
Qui. ———

Vide Marſor. hiſtoriam lib. III. fol. 167.

C. Titulejus C. F. Fab. Praeſ.
Eq. ———

Legitur haec nota in fonte oppidi Androſciani propè Maglianum, quod oppidum in Marſis eſt.

Abbas Oderiſius fieri fecit Magiſter
Gualterius cum Moronte, & Petrus
Fecit hoc opus.

Ubi ſupra.

C. Volcejus C. F. L. Maro P. L.
Timmo.......
Nicomagus Sa. F. L. S.
P. A. A. Taa.
Tetidi L. S.
Dorotei Tie.....
Baſim. Don. Dant. ———

In Marſorum hiſtoria fol. 170.

Ar. Fec. Mer.
Fuit Acel. Forſ.
Q. Pomped. Opt.
Amarediae Lucinae
Quae Vixit Annos XVIII.

Menſ.

Menſ. VII. quae Mondion.
In Monumento ſuo
Maredius Aper.
Patronus C. Macedius
Severus, & Meredia
S. Pyche Filiae
Piiſſimae.

Adſervabatur in Oppido Maſſae, ut in Marſor. hiſtoria fol. 171. patet, ubi explicatur.

D. M. S.
C. Herennio Q. F.
Maximo Sutoria
Aytta Coniugi cum
Quo Vixit Annos
XXV. B. M. P.

Eſt depoſitum C. Herenni Maximi, ut ibidem fol. 173. adnotatur.

Huius Eccleſiae Prior
Eſt verus, atque Largitor
Ipſe quies probus Homo
Sibi . . . . . --- atque honor
Bernard. B. Nomine.

Erat in lapide cujuſdam Monaſterii in Oppido Roſcioli poſito.

Lupicino Felicia Coniugi
Benemer. poſuit cum
Qua Vixit Annos XVIII.

Vide Phoebon. hiſt. cit. fol. 176., ubi etiam hae duo aliae, ut infra ſequuntur legi, poſſunt, altera

tera nempe Jovi Maximo fictitio numini, alteraque Sabidio ſacta.

Iovi Maximo
Sabidius Taurus.

Sabidius C. F. Pa. P.

Prim. Pil. Su.
Et Leg. X., & Leg.
VII. Taut. In X.
Primum Pil. ducer.
Eodem Tempore
Princeps eſſet
Leg. VII. Prae B.
Gu. Caeſar Divus
Aug., & Tit. Caeſaris
Aug. Dem. Sua
A. Donavit
Cornelia Auguſta
N. P. Pupilla V.
S. R. Criſpin.
Neptis.

Alia.

Antonius Piccolomineus de Aragona
Amalphitanus Dux, atque Comes
Celani, & Regni Siciliae Magnus
Iuſtitiarius ad conſervandum in
Officio Oppidanos hanc Arcem a

Fun-

Digitized by Google

Fundamentis extruxit. Ann. Domini
M CCCC LXXXVIII.

Hic jacet Ortigiae Cuſtos fideliſſimus
Arcis, cui Dux Alphonſus
Maxima cura, fuit Muſcatella Domus
Nomen Chriſtophorus illi Ortigiae
Moriens, conditur hoc Tumulo.

Ibidem.

L. Vibius L. F. Stabilio Vivus fecit, &
Ofilio Æe. M. L. F. Piſtolioni.

Ex Phoebon. hiſt. Marſ. pag. 118.

D. O. M.
Mariae Montanae, quae par, parenti
Erat facere, filiae mors immatura
Fecit, ut viveret Infelix Parens
Vix. ann. XXII. Vario Ordine, &
Montanus Populi Antinantium A...
Soror. Cariſs. & pientiſs.

Inventa olim fuit in quadam ſtabili Rupe, extra murum Civitatis Antinae prope fontem, quo tranſitus ad Lucum Oppidum deſignatur, & erat familia ejuſdem principalior montana nuncupata.

SEX. PETRONIO.
Sex. Filio Valeriano IIII. Vir Jur.
Dicundo. Sergia Q. Antino Collegium
D.... Phrum... ex Aere collato
Patrono Meratipo ſuaſerunt, ob cujus
Dedicationem dedit Decurionibus

Opulentibus Sig. S. F. VIII. Leviris
Augaeupala Sig. S. ✠. XXII. N. Collegios
S. Aedul. Signg. XVII. Plebi Vrana
Aepul Signg. S. ✠. IIIIn.

Ibidem adeſt, & denotat Municipiorum Jus, quo gaudebant, Antinates populi apud Marſos pervetuſtiſſimi, juxta Plinium libr. III. cap. XII. & Silius lib. VIII. de ipſis quoque inquit.

Nec Fabrateriae vulgus, nec Monte nivoſo
Deſcendens Antina aberat, detritaque bellis.

Atque Vergilius lib. VII. Eneid.

Quicunque adeo magnae poſitis incudibus Urbes
Tela navant Antina potens, Tyburque ſuperbum.

Factum ſub poteſtate, & regimine
Illuſtris P. C. M. Ducis, & Juliae
Col. M. Ducis. An. Dñi MDXXIV.

Eſt poſita in Templo D. Joanni Baptiſtae dicata, Terrae Civitellae ſupra Lucum, deſignatque illud conſtructum fuiſſe a Clar. mem. Pompejo Columna Marini, & Talleacotii Duce, & a Julia ejuſdem Uxore, probatiſſimis Principibus d. anno MDXXIV. viventibus, ut ex ſepulchralibus notis obſervavimus.

Quod fuerat factam conjecto tempore, fulget
Impenſis Virgo Alma beata tuis.

Hi verſus ſunt poſiti in altero Templo Deiparae Virgini dicato in Valle Elloreta, quae nunc in Peſole dicitur extra moenia d. Terrae poſita, & indicant Templum vetuſtate collapſum, denuò conſtructum fuiſſe.

D.

D. M. S.
Q. Novio. Q. F.
Succeſſo II. Vir,
Qui vixit Ann. XXII. M. V.
Q. Novius Succeſſius P. Novia
Felicula Parentes Incomparabili pietate P.

Prope dictam Terram, altera inſcriptio in Monte (Marinum) nuncupato adeſt, in cujus Eccleſia S. Angeli Rudentis legitur dicta inſcriptio, quae Q. Novii mortem deſignat, illius forſan, qui a familia P. Novii relat. a Vignol. de Columm. Anton. Pii fol. 216. deſcendebat, vel potius Q. Novii Marciani celebratiſſimi Militis, qui etiam annos XXII. vixerat, teſte Joanne Vignolio in dict. tract. de Colum. Anton. pag. 300.

D. M. S.
M. Marcio Rutneti
L. Salvius Succeſſus
Amico optimo Mariae Reſtitutae
Coniugi meritiſſimo Marcia
Juxta Matri Pientiſs. P.

Refertur in Marſorum hiſtoria, & adſervatur Avezzani in Domo familiae Matthei: Inſcriptio autem L. Salvii, ac M. Rutneti eventum exprimit. Hos enim M. Salvii Nummularios, & Conſanguineos extitiſſe reor. -- Nummulariorum autem munus, quod alibi fuerit Gutherius lib. III. cap. XIX. de Offic. Domus Auguſtae expreſſit.

Digitized by Google

Diſ Manlelio.
Succeſſo fecit L. Atius Nicetus
Patrono bene de ſe merenti.

Ibidem extat.

Marcia Succeſſa
Quarto Coniugi
B. M. P.

Legebatur in Atrio Eccleſiae Tranſaquenſis, quae vix intelligitur.

Diis Man. Sacr.
L. Titius L. Tit. F. Ab. Ne.....
Rm.......Rit. Eſ......P. Curatori
He....Ve -- C. ſtatori qui
Annonae Vir Pater L. H. Vo.
Julii Coſ. IIII. Tr. Pot. X. Curator.

Ex Marſor. hiſt. lib. III. fol. 132. ubi explicatur.

T. Peticius L. F. labore, & cura
Vive. Feci hanc Domum
Sed filio. Ante huic homini Iucundiſſimo
Par.... Tribus.... Urbe -- oſſa
Noſtra acquieſcent, mors me adſequatur
Tunc mihi demetur dolor, Valete
Et memores eſtis pietatem Parentis.

Haec integra inſcriptio T. Peticii celebratiſſimi Viri, habetur Luci ex Lapide ibidem poſito, prope Eccleſiam S. Mariae, non Candelichiae nuncupatam, ſed quidem in ea, quae C. P. extra murum Terrae ſiſtit.

C.

C. Julio Celeri Mil. C. L.
Prae. . . Raven. Seleni Seviri
Mil. A. XXIX.
Her. poſuit L. Valerius
Verecundus B. M. de ſe.

Ex quodam Lapide a lacu Fucini expiſcato ſenſus liquebat, teſte Marſor. hiſt. lib. III. fol. 133.

Halicius Marcio
Fauſio Liberto Sevir. Aug.
Dendroforo Albenſi, &
Theophilmae Matri.

Reperiebantur verba iſta, in Eccleſia Collegiata Avezanenſi, teſte Marſor. hiſt. d. lib. III. cap. IV. ex qua infertur Avezanum Oppidum è ruinis Albae Civitatis, conſtructum fuiſſe, dicto cap. IV. fol. 143.

Q. Silicius Silbanus
Emeri a Marſ. dev. hic.
Siſt. & A. B. M. P.

Hae verba in anguſto Lapide, olim a Fucino accepto, conſonant ſimili Inſcriptioni relatae ab eruditiſſimo Joanne Vignolio de Colum. Anton. Pii fol. 287. qui probat, quod Q. Silicius Silbanus optimus Miles Natione Afern. fuerat, qui vixit annos IX. occiſus eſſet: ſane ex verbo *Emeri*. Emeritus liquet, juxta Iſidor. lib. IX. Orig. cap. III. *qui Emeriti (ſcribit)* dicuntur veterati, ſolutique militia, & caet. Lapis verò etſi parvus Luci tamen adſervabatur, ſed non muro impreſſus.

Civis

Civis Romanus doctiſſimus arte Joannes
Cui Collega bonus Andreas detulit onus
Hoc opus excelſum ſtruxerunt mente periti
Nobilis, & prudens Oderiſius adfuit Abbas.

Abbas Oderiſius fieri fecit Magiſter
Gualterius cum Moronte, & Petrus
Fecit hoc opus.

Ubinam poſiti fuerint hi verſus, & qua occaſione, vide ſupra de Vir. Illuſtr.

C. Volceius C. F. L. Maro P.
LIIV. M. O.
N. O. Q.
I. R.

Vide fol.

Nicomagus Sa. F. Lu. S.
P. A. A. T AA. Te Tidi L. S.
Dorotei Tic. . . .
Baſim. don. dant.

Ibidem.

Hic requieſcunt Corpora Sanctorum
Simplicii Conſtantii, & Victoriani
Recondita tempore Pandulphi
Epiſcopi.

Ubinam hoc Epitaphium exiſtat, & quando factum? Item verſus dd. Sanctorum qui modo omittuntur habentur in fol. ubi explanantur.

Quod

Quod hic Claudius Nero Rom. Imp.
Emiſſarium Fucini, opere
Inenarrabili undenos annos triginta
Hominum millibus.
Confecturus, domum quae modo
Eccleſia eſt, a Sancto Rufino
Marſorum Epiſcopo conſecrata
Anno CCXXXVII. Suae ſtationis.
Solatium erexerit, quod Traianus
Auguſtus eundem purgaturus
Huc advenerit, ſteterintque, his
Reliquiis praeter alia vetuſtatis
Monumenta, duorum Caeſarum Domum
Lector agnoſce.

Elucidatur ex citat. tractat.

SEX. CORNELIO
Sex. F. P. Nep. P. Pronep. P.
Abnepoti Dolobellae Metilia
Pompeio Marcellino III. Vir.
A. A. A. F. F. Salio Palat.
Queſtor... Divi Traiani
Parten... Servir. equit. &
Roman. Turim. III. P. R.
Coſ. Flam. Qurit.
Corfinienſes Publ. Patr. P.

Habetur ubi ſupra, & de pervetuſtate Civitatis Corfinii, ejuſque ſitu, vide M. Joannem Tarchagnot. hiſt. mund. lib. XXXIX, par. I. vol. II. fol. 711.

D.

D. M. S. P.
T. Allio del. Fico.
Mammia Secundilia
Con. Incomparabili
Cum quo vixit Ann. XVIII.
B. M. P. P.

Ibidem.

Herculi Deo
Milites Aprica
Cecilianus
Magn. curavit
C. Salvatorius C. T.

Haec Inſcriptio adſervatur in Atrio Eccleſiae Tranſaquenſis, vix modo intelligibilis, facta Herculi, qui Deus credebatur a Marſis, antequam hi Orthodoxam fidem per praedicationem S. Rufini Primi Marſorum Antiſtitis, amplecterentur.

C. Alphius C. F. Maximus
Pecuniam legavit L. Terenno
Cerufo is aedem Podium Cryptae
Partem faciendam curavit,
Probavitque.

Aderat in Lapide poſito in Pyrgo Eccleſiae S. Pelini, & ſignificat Legatum factum a C. Alfio L. Terenno, ex Phoebon. hiſtor. Marſor. libr. 1. pag. 33.

Q.

Q. Novio Q. F.
Serg. Iucundo.
P. M. Cur.

Legitur in Caſtro Civitatis Antinae, & eſt Q. Novii ſepulcrum.

D. M.
Martiae Q. F. Caeſar.
Dict. Perp. Avinae
Nobiliſſimae B. M. P.

Ex marmore ab Æneа Vicomercato in Auguſtor. familia relato, quod apud Marſos extabat.

C. Gavio H.
F. C. Verendus
G. F. Meſalia Fucino
V. S. L. M.

Ob agri Piſcinenſis fertilitatem, & Fucini piſcium copiam, a C. Gavio Idolis votum factum eſt, teſte Marſor. hiſt. lib. II. cap. I. Lapis autem, in quodam praedio Piſcinae in d. cap. I. relato erat. Fucinum enim lacum pervetuſtiſſimum eſſe, infraponendae Inſcriptiones, una cum Authorum teſtimonio, demonſtrant: liceat mihi proinde obiter adnotare ipſius meminiſſe Vergilium VII. Æneid. & Strab. libr. V. his verbis. *Prope Fucinus eſt lacus longitudine par pelago, is enim Marſis & vicinis, maximè omnibus uſui eſt.* Martialis autem Ep. XXVIII. cecinit.

Fucinus, & pigri taceantur ſtagna Neronis.

Vide etiam quae ſupra diximus. Scias denique hodie omnes praedictum Lacum vocare Lacum

Celani, quanvis ſit Lacus Fucini, ut manifeſtum eſt, patetque etiam apud hiſtor. Marſ. lib. II. cap. I. fol. 62. & in Braudrand. Geograph. tom. I. fol. 414.

Imper. Caeſari Divi
Nervae fil. Nervae
Traiano Optimo
Auguſto Germanico
Dacico Parthico
Pont. Max. Trib. Pot.
XXIII. Coſ. VI. Patri
Patriae Senatus Populuſque Rom.
Ob recuperatos Agros, & poſſeſs.
Quos Lacus Fucini Violent.

Praedicta inſcriptio refertur a Lucio Camarra in ſuo Teate antiquo pag. 76., & facta creditur tempore Imperatoris Nervae, ob agros recuperatos a Lacu Fucini, qui etiam priſcis temporibus creſcebat juxta Livium lib. 4. & Tullius obſerv. de prodigiis refert ipſum aliquando longius excurriſſe anno ab Urbe condita DCXVI. per millia paſſus, unde talibus inundationibus Valeriam, & Pinnam Civitates ſupra in opuſculo occaſione relatas, abſortas fuiſſe in libr. II. cap. III. Marſor. hiſt. obiter affirmatur. Augumentum verò ejuſdem aquae, etiam noſtris diebus pluries vidimus, licet tribus ab hinc circiter annis jam erepta quum reſtituerit, hinc apud Petugnae locum Aquam è Fucino egredi, ac in ingluviem praecipitari vidimus. De Pinna verò ita Silius inquit.

Qui fiſcellae tuas artes Pinneque virentem.

Ex

Ex reſtitutione verò, ſive ejuſdem Fucini diminutione, continuò monetae priſcorum Imperatorum comperiuntur, quarum aliquas ad rem facientes antiquariis in Urbe commodavimus; omnes enim Populi Fucino circumſtantes, Lucentes praeſertim illas adipiſcuntur, ex quibus nonnullae extimatiſſimae ſunt; item cum illis Idola non parva è terris prope lacum poſitis, deorſum foſſa vidimus, & caetera alia memorabilia, necnon Theſauros propè Lacum ab exteris exhauſtos fuiſſe, communi voce audimus, ex quibus plane liquet praedictum lacum, & Oppida Marſorum pervetuſtiſſima, & extimabilia eſſe. Dum enim hoc ſcribebamus P. Athanaſium Kircherium legere contigit, qui in Latii deſcriptione pag. 189. de Marſis, & de Lacu Celani loquendo, refert duodecim numiſmata ibidem videnda, quae Imperatorum Caeſarum Romanorum Signa, & Effigies habent, dicitque ipſa in eodem lacu comperta olim fuiſſe, ipſique a Columnenſibus tradita, & a quodam Piſcatore Calytho expiſcata fuiſſe, quorum ſiquidem ſequentia exemplaria, nobis a Barnaba Mattei Tuſculano patriae ſuae (cujus hiſtoriam edidit) peritiſſimo tradita, referenda cenſuimus.





Melantus P. Deci
E. T. Collegae Mag. Ho.
Tribunal novum a ſolo
Fecere Theatrum, &
Proſcenium refecere
Ludis Scenicis Biduo
Dedicarunt D. S. P.

Erat in Lapide Evaporarii Abbatialis Domus Terrae Tranſaquarum, quae Inſcriptio indicat reſtaurationem a Melanto procuratam, necnon Tribunal, & Theatrum circa Lacum Fucini a Claudio Imperatore olim factum, una cum Taurorum venatione quo ſane triginta millia homines, Principes, & Principiſſae, tum Romanae, tum exterae acceſſerunt, ibique Theatri formam extitiſſe; quod lectu dignum enarratur a Cornelio Tac. lib. XII. Annal. pag. 189. & hoc fuſiùs occaſione alterius clarioris notae dicetur.

Co. Meſio Paulino Cu. Praef.
Vrbis feriarum Latinarum Quaeſtori
Vrbano Aed. Ceſ. Praetori eodemque
Tempore Praetor Etrur. XV.
Popul. Curatori P. Splendidiſſimae
Civitatis Marſ. Marr.
Eeodem Tempore, & Cur. Viar.
Tib. Val. Et alim. Patrono
Abſtinentiſſimo.

Iſta verba referuntur a Camarra, & fuiſſe expiſcata ex ruinis Civitatis Valeriae Marſorum, eidem videntur.

M.

M. Mariocus Patronus Civitatis
Marſorum Marr. Homo integrae
Exiſtimationis Parcus Diligens
Frugi qui reſpondere . . . .
Doreſ. Aeriis X. Praepoſoto
Moeſiae Ann. XXXIII. Menſu.
Vini . . . Dierum XX. Hic
Situs eſt qui Matri filiis
Quarum vol. Patris iuſſu
XII. deberi Brutium Doſ.
Reſ. A ſucceſſoribus Matris
Et cuiuſdem Corpus ſitum
Eſt dierum V.

Adſervatur in Eccleſia S. Sabinae, olim Cathedrali Marſorum, in quadam Capſa Lapidea eratque Epitaphium M. Marioci Marſorum Ducis, qui Valeriae reſidebat.

. . . . . Rua
. . . . . . Max
TR. P. Coſ. III.
Viam Valeriam
Faciendam curavit
XXXXI.

Habetur ex Lapide millſiario num. 14. propè Oppidum (le Colle di Carſoli) dictum exiſtente, & prae foribus Eccleſiae, nunc dirutae, B. Virginis de Carmelo erecto, cum Inſcriptione Milliarii xxxxi. cujus exemplar a Fabbretto de Aqueduct. diſs. 11. pag. 87. ubi explicatur, relatum eſt.

X

XXXVIII.
Imp. Nerva
Caeſar Auguſtus
Pontifex Maximus
Tribun. . . Poteſtate
Coſ. III. Pater Patriae
Faciendam curavit.

Haec Epigraphes ex Lapide mill. 38. ut Grut. pag. 155. n. 4. refert, olim in fonte Somnulae, Sublacum verſus extabat, poſtea verò in platea proximi Caſtri Arſularum erecta, explanatur a Fabbretto de Aqueduct. d. diſs. 11. pag. 88.

Imp. Caeſari Divi
Nervae fil. Nervae
Traiano Optimo
Auguſt. Germanico
Dacico Parthico
Pont. Max. Trib. Pot. XXIII.
Coſ. VI. Patri Patriae
Senatus Populuſque Roman.
Ob recuperat. agros
Populiſq. Albenſis reſtitutos
Quos lacus Fucini violentia
Inundaverat.

Reineſ. Claſs. 111. Inſcript. 82. videndus eſt pag. 333. in qua lites oriuntur, & praeter alias ſimiles Inſcript. relatas a Phoebon. hiſt. Marſ. lib. 2. cap. 9. vide Fabbretum de Emiſſar. Fucin. pag. 403.

C.

C. Vettenus C. L.
Amphrodiſius
C. Vettenus C. L. Tertius
C. Vettenus C. L. Sextus
Vettena C. L. Hilara
Vettena C. L. Maxima

Prope Corbarium, ut in d. Marſor. hiſt. fol. 178. legitur praed. adſunt Inſcriptiones.

T. Caio T. F. Pol.
Criſpino Druſi Caeſaris
Benefic. militavit
Coh. VI. Pr. Ann. XVIII.
V. Ann. LXX. Her.
Poſuer. Al. Q.
In Pr. X. In A. P. XII.

Alia.

D. M. S.
L. Marculeio Saturnino Veterano
Auguſtico VII. Pri. III.
Viro I. D. Quaeſtor. Reipublicae
Curatori Annonae Plebis
Curatori omnium Publicorum
Curatori apud T. Iovem
Statoremque Coleſi Fabrorum
Tigniariorum L. M. Arculeius
Fauſtus Curatori
Annonae Patri Optimo,
Et ſibi fecit.

Ibi-

Ibidem extant in d. folio 178. & 179. ubi diffuſè explanantur.

Q. Avillienus Q. F.
Baſſus Magiſter
Iunius IIII. Vir. Aed.
Pot. IIII. Vir. Iur. Dic.

Extat haec Q. Avillieni notitia in Eccleſia S. Petri, prope Peretum poſita.

Anno Dñi MDCXV. die X. Maii
Hoc opus fieri fecit Anton.
Sebaſt. de Luco Philoſophiae,
Et Medicinae Doctor pro ſalut.
Defunct.

D. O. M.
In hoc Sacello requieſcit Doct.
Anton. Seb. Philippus de Luco
Qui obiit die ... menſ...
Anno 16. dotavit, & fecit
Iuſpatron. Hoc opus fieri
Fecit in Vita ſua ad futuram
Rei mem.

Sunt Inſcriptiones in Ara privilegiata Eccleſiae S. Mariae Terrae Luci, quae de per ſe patet.

F I N I S.

Ad-

Addenda, vel delenda.

IN *Pagina* 72. Pro Andrea de Afflictis lege *Joannem Andream Urbanum de Afflictis*, cujus quidem Venerabilis viri, cum poſt operis editionem ſequentia acceperimus ex vita ejuſdem, quae manuſcripta adſervatur penes hodiernum Marſicanum Antiſtitem (compoſita a Lelio Serrichio Theol. Celanenſi) ad hiſtoriae ornatum, prò coronide hic inſerere duximus.

Itaque, Joannem, Andream, Urbanum, de Afflictis, nobilis familiae Civitatis Piſcinae in Marſis, quae cum Amalphiae Ducibus illuc jamdudum advenerat, Parentes prole maſculina orbati, a Beato Urbano precibus, ac voto impetrarunt. Is enim a pueritia futurae ſanctimoniae ſpecimen dedit. Adoleſcens ſtudiorum cauſſa Aquilam Urbem miſſus adeò ferventi animo ſe ipſum chriſtianae perfectioni dicavit, ut biennio frugali cibo utens, aquae potum (ut cum Pſalmiſta loquar) poenitenti fletu miſcebat, Carceres, ac Noſocomia viſitare, aliaque hujus generis charitatis officia in deliciis habuit. Tandem domum ab infirmo Patre revocatus, tranquillo animo ejus pertulit mortem, ac rei familiaris adminiſtrationi deſtinatus, quum multae eſſent pauperum debitorum apocae, metuens ne propter ſolutiones pauperes illi ſaltem leviter mendacio (ut aſſolet) Deum offendiſſent, creditam ipſis pecuniam tradidit, ac debitoribus ſuis benigne indulſit, deinde familia, rebuſque domeſticis aliquantulum compoſitis, Aquilam rediit, ubi Congregationem Sancti Philippi Nerii, piorum Sacerdotum numero celeberimam ingreſſus, omnium virtutum, ac precipuè, abſtinentiae, humilitatis, ac obedientiae, ſe ipſum prebuit exemplar, mira charitas in Deum, dono ferventiſſimae orationis eluxit; tantaque devotione coluit Deiparam, ut omnes ad ejus cultum, & amorem opere, & ſermone incitaret. Tantis ornatus virtutibus Novitiorum moderator pluries fuit deſignatus, quo in munere ita

Digitized by Google

ſe geſſit, ut diſcipulorum quiſque in ſchola Chriſti Magiſter evaſerit. Sacerdos proinde ex obedientia factus, mirum quot Jejuniis, flagellis, ac orationibus in ſe ipſum ſanctiſſimè ſe viens, ad coeleſte miniſterium magno fervore animum preparaverit, tantoque divini amoris aeſtu erga Dei Unigenitum in Eucariſtia latitantem exarſit, ut ſacra peragens, adſtantes devota admiratione, ac reverentia afficeret; animarum ſaluti a ſuperioribus addictus, omnibus omnia factus, ſtatim ut egenorum pater, afflictorumque levamen clarere caepit.

Diſcretionis etiam ſpirituum, ac Prophetiae dono a Deo illuſtratus, ſaepe futura praedixit, ac cordium ſecreta penetravit, prout fraequentiſſimum probavit experimentum, unde maximo in honore apud Eccleſiae, ac ſaeculi poteſtates, & praecipue apud Aquilanum Antiſtitem digniſſimè eſt habitus, ejus enim conſiliis, & opere in diſcordiis componendis, rebuſque magni momenti peragendis utebantur omnes. A Deo, tamen, velut aurum in fornace tribulationis probatus, ſuſtinuit irriſiones, toleravit probra, ac flagella infirmitatum non timuit, fundatus enim ſuper petram humilitatis, & patientiae docuit ſe, quod monuit Apoſtolorum Princeps, quia non ſunt condignae paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. Praecipuum in Dei ſervo donum coeleſte fuit altiſſima rerum divinarum contemplatio, per quam gloriari poterat, cum Apoſtolo *Mihi vivere Chriſtus eſt*. Excidium elapſis annis Aquilae ob terraemotum pluries (prout extant fide digni teſtes) praedixit, quae ſimilia, circa ſe ſuoſque, ita penetrabat, ut longe antequam evenirent, certò vaticinaretur. In templo lacrimarum imbre perfuſus die, noctuque Deum pro peccatorum converſione exorabat, laboribus tandem, ac ſenio confectus, annum agens ſexaginta ſex, quorum quinquaginta unum in praefata Congregatione ſanctiſſimè vixerat Cruce tribulationum onuſtus, jejuniis eſtenuatus, aliiſque voluntariis poenitentiis conſumptus, obdormivit in Domino XII. Decembris Anno MDCXCVIII.

ALIA

A L I A.

PAg. 74. a Patria diſceſſus, dele -- *diſceſſus* 187. Dele quod Praepoſitura Celani tempore Aſcaſcanii Ciacciae fuerit mitra decorata. 190. hoc etiam corrige: 189. lin. 21. pro aſſidua, lege -- quotidiana. 137. dele caeteri, & lege -- alii, idem fac p. 150. lin. 25. pag. 263. lin. 14. dele -- ut ſcribit in Apibus Urbanis Allatius. Pag. 160. 2. poſt hominis Dei, adde -- praedicationem. 126. 4. dele funerea pag. 275. lin. 14. adde parem. pag. 158. lin. 28. adde ſic -- Celanum quoque pro Cliterno, & Cliternum pro Celano accipitur, juxtà Ptolom. ac Marſ. hiſtor. pag. 231. item latinè Celanum, Cliteniam dicimus cum Pomp. lib. 2. & Calep. pag. mihi 143. juxtà editionem anni 1575. Venet. in aedibus Manutianis.

PROTESTATIO.

CUm memoriae commendare contigerit geſta, aliaque acta Virorum Sanctitatis fama celebrium, hinc inhaerendo decreto San. mem. Urbani VIII. edito die XII. Marti 1625. quo in libris imprimendis, de Vita Venerabilium hominum tractantibus, non alia fides tribuitur, quam ea, quae penes Auctorem reperitur, infraſcriptus ipſe profiteor me non alio ſenſu, quae de dictis Viris ſcripſimus intelligere, aut ab ullo intelligi velle, niſi ea, qua ſolent humana, & non S. Sedis Apoſtolicae auctoritate, iis exceptis, quos eadem S. Sedes inter Sanctos retulit.

Petrus Antonius Corſignani.

IN-

Digitized by Google

INDEX PARTICULARIS.

ANagnina Urbs inſerta. *pag.* 58.
Aquilae Urbs prope Marſos ſita. 15. 16.
Ipſius quaedam nobiles familiae. 16.
Atina Civitas in Latio nominatur. 92. & 93.

BArberinus Em. D. Franciſcus Card. laudatus. 61.
Baldinotta familia oppida in Marſis habet. 61.

CArolus VI. Imp. laudatus. 165.
Checchii Antonius laudatus. 234.
CLEM. XI. Albanus commendatus. 66.
Pantheon a S. Bonif. Marſo conſecratum inſtaurari curat. 66.
Ipſius devotio erga S. Petrum Marſum. *ibid.*
Columnae Arae majoris S. Petri a Pantheone acceptae ſunt. 43. & 44.
Columna Carolus Card. laudatus. 279.
Maria Hyeronima. 272.
Corfinii Urbs nunc diruta nominatur. 16.
Habuit Imperium, & Licaeum. *ibid.*
Cali Sillii Poetae, & Conſulis Romani Patria. 17.
Quando floruerit. 94.
Coronellius Vincentius laud. 16.
Corradinus Petrus Marcellinus. laud. 210.
Corradinus Franciſcus Bernardinus Fabrianenſis Marſorum Epiſcopus commendat. 285.
Creſcimbenus Joannes Marius laudatus. 193. 194. 199.

FAbrettus Raphael Scriptor Fucini Emiſſarii laudatur. Marſos ſaepè acceſſit.
Foeminarum ſexus fragilis. 34.
Invalidus, & plura alia. *ibid.*
Quandoque virtute ornatus. *ibid.*

IGnis Immortalitatem deſignat. 4.
Imperia ſunt inſtabilia. 4.
Itali in quas gentes primo diviſi. 6. 7.
Quot ipſorum nomina juxta Sigonium. 7.

MAndoſius Eques Proſper commendatus. 234. 240.
Marcellina familia Oppidum in Marſis habet. 61.
Martii Julii Tyburtini, & Epiſcopi laudes. 281.
Mattei Dominicus Barnaba Tuſculanus. 315.
Maximi Marchio Oppidum in Marſis habet. 61.

NOrcia Antonius Dominicus Florentinus laudatus. 193.

PEligni Populi Aprutini inſerti. 16.
Petri Apoſt. Principis navicula fluctuat ſaepe, ſed nunquam mergitur. 44. & 45.
Petrantonii Dominicus Trebanus Soc. Jeſ. laudatus. 158.

RAvenna Urbs laudata a quo condita, & quando. 70. & 75.
Ricchi Antonius. 296.
Roma a Romulo aedificata. 25.
Romanae quaedam familiae Marſae effectae. 28.
Romani Columnas Magnis Viris erigebant. 3.
Necnon obeliſcos. *ibid.*
Igneſque ardebant. *ibid.*
Ignis quid ſignificet. 4.
Romani cum Marſis pugnarunt. 14. 15.

Sa-

Digitized by Google

SAbellus Exc. Princeps D. Julius.
D. Catarina Uxor. Marſorum Duces, Celanique Comites &c. laudati. 164.
Sacripantes Joſeph Card.
Philippus.
Carolus, & Hyacintus, laudati. 286.
Sapientum fama perennis. 5.
Sora Civitas Marſos circundat. 16.
Sulmonis Civitas propè Marſos poſita a quo aedificata. 17. 18.
Innocentii VII. Pont. Patria. *ibid.*
Ipſius quaedam familiae nobiles. *ibid.*

TAulerius Fr. Bonaventuta de Atina. 92.
Tyrannorum vita brevis eſt. 131.

VAlletta Joſeph laudatus. 200.
Vignoli Joannes laudatus. 35. & 309.
Virtutum laudes. 4. & 5.
Virtutes non ſexu, ſed animo aeſtimantur juxta D. Hieronym. 34.

INDEX GENERALIS MARSORUM.

A

ACclozamora Leonellus. *pag.* 175. *uſq ad* 177.
Actius Epiſcopus Theatinus. 133.
Adenulphus Cardinalis. 108.
Afflictus Joannes Andreas laudatus. 72.
Ipſius Vita. 321.
Ajellum Oppidum, & ejus Epiſcopi. 142. 143.
Petrus de Ajello doctus vir. 225.
Agricola B. Bartholomaeus. 73.
Alba Marſorum celebris olim Colonia Romanorum. 39.
A quo conſtructa, & Sves albus ibidem repertus. *ibid.*
Antiquiſſima fuit, ac Senatum Albenſem habuit. *ibid. & 40.*
Syphax Rex a Scipione victus Albam miſſus. *ibid.*
Bituitus, & Perſeus Rex cum tribus filiis etiam captivis Albam miſſis. *ibid.*
Annibal Albae commoratus eſt. *ibid.*
Legio Marſica fideliſſima Albae fuit. *ibid.*
Alba hodiè oppidulum eſt. 39.
Joannes de Alba doctiſſimus vir. 246.
Aliique Viri Illuſtres de Alba. 246. *uſq. ad* 248.
Albericus Marſus Epiſcopus. 130 & 131.
Nequiſſimus Vir fuit, & Manſonem excaecari curavit. *ibid.*
Quinifium ejus Spurium Epiſcopum fecit. *ibid.*
Aloyſia quaedam Abbatiſſa Monialium Taleacotii nominatur. 58.
Amadeus de Alba Epiſcopus Langonenſis. 144.
Amaenitas Marſorum. 13.
Ancus Martius Rex, cujus nam filius. 26.
Andreas Marſus Ep. 134.
Angiolellus Agabitus doctus. 139.
Anicius de Carrito. 245.
Annejus M. Carſeolanus. 38.
Anſelmus Marſus Ep. celebris Vir. 139.
Antonellius Joannes Antonius. 283.
Archippes Marſorum Rex, & alii. 10. & 19.
Argoli Alexander Epiſcopus Verulanus. 154.
Familiae Argolorum origo. 151. & 152.
Multi de hac familia ſcr ipſerunt. 153.
Alexander alter Terracinae Praeſul. 155.

Joan-

Joannes Gaſpar Praelatus. 155.
Fabricius etiam Praelatus. *ibid.*
Paullus doctiſſimus Vir. 228.
Andreas Eques Mathematicus clariſſimus. 230. 231.
Joannes Andreae filius. 232.
Gaſpar Advocatus Conſiſtorialis 233.
Proſper. 234.
Paullus alter, Eques Chriſti. 235.
Fr. Aſcanius de Capiſtrello relatus. 269.
Avezzanum Oppidum delicioſum Marſorum. 269. *& ſeq.*
Ejuſdem Monaſterium a quo fundatum. 272.
Fuit primo directum a Sor. Maria Hieronyma Columna cum aliis nobilibus Monialibus. *ibid.*
Auguſtinus Epiſcopus Narnienſis. 144.
Aurelius Antoninus Imp. in Marſis fuit. 75.

B

S. BAlduinus Cardinalis. 113. & 114.
Bartholomaeus a Tranſaquis Ven. Vir. 67 & 204.
Bartholomaeus de Biſinia eques. 248.
Baronius Caeſar Card. 116. *ad* 123.
Fuit filius Portiae Phoeboniae de Avezzano. *ibid.*
Caeſar hic, vidit Matris animam ad ſuperos evolantem. 117.
B.--- Epiſcopus. 135.
Bellum a Marſis contra Romanos geſtum. 14 & 15.
B. Benedicti acta in Marſis. 69. 70.
Benedictus Epiſcopus. 135.
Alter. 136.
Benedictus Cardinalis relatus. 110. & 111.
S. Benedicti Abbatis in Marſis Acta. 91.
S. Bernardinus Senenſis fuit aliquando in Marſis. 97.
Berardus a S. Donato Baro. 248.
S. Berardi Marſi, Cardinalis, & Epiſcopi Acta. 98. *uſq. ad* 107.
Berardorum familia nobilis, & ejus origo. 130.
Berardus Capotius Cuccinus Franciſcus Marſus doctiſſimus Vir. 239.
Vincentius Capotius Romae Conſervator Populi Romani. 241.
Blaſettus Valerius doctus Vir. 219.
Blaſii Joannes Antonius Eques, & alii. 205 205.
Bonaventura a Caeſis laudatus. 208.
Bonifatius IV Pontifex, Marſus, Valeriae Marſorum natus. 41.
Cardinalis a S. Gregorio Magno creatus eſt. 48.
Pantheon a Phoca Imp. obtentum conſecravit. 41 42 43. 44.
Concilium Romae celebratum ſub Bonifatio IV. 44.
Elogia eidem defuncto celebrata. 46. 47. 48. 49.
Dum vivebat Marſos adivit. 49.
Poſt mortem inter Sanctos relatus 50.
Bontempi Joannes Caeſar laudatus 283.
Britius Fabritius Soc. Jeſ. doctus homo. 211. 212. & 213.
Buſſinus Dominicus laudatus. 187.
Buttafoco Paullus Medicus laudatur. 268.

C

CApattus Paduanus. 224.
Capiſtrelli Oppidi duo Barones. 248.
Capocittus Petrus. 227.
Petrus alter nepos. *ibid.*
Capotius Cuccinus Franciſcus lit. B.
Vincentius Urbis Conſerv. 241.
Caraptula Bernardina. 246.
Carbonus Fr. Cornelius de Celano laudatus. 192.
Cardinales Marſi omnes. 89. *uſq. ad* 128.
Carſeolanus Simeon Martinus doctiſſimus Vir. 217. & 218.
Carſeolani Marſorum, olim celebres. 50.
Carſeolorum Urbs olim Romanorum Colonia. *ibid.*
Nunc Oppidum eſt. 50. & 51.
Ibidem Bicus Tracum Rex olim cuſtoditus. 61.

Annejus Carſeolanus celebris Vir. 38.
Caſalis Antonius de Magliano doctus Vir. 249.
Cavaliere diverſorium in Marſis. 61.
Celania familia nobilis Marſa nunc extincta. 183.
Celanius Carolus celebris Vir. 184.
Fr. Caeſarius de Celano Ord. S Fr. laudatus. 19. & 193.
Ceſae Oppidum eſt Marſorum. 208.
Hos habuit Viros Inſignes Fr. Bonaventuram, Petrum, ac Paullum de Caeſis Viros doctiſſimos. 208. *uſq. ad* 211.
Claccia Aſcanius de Celano. 187.
Circulum Oppidum in Marſis eſt. 227.
Viri Illuſtres ibidem nati. *ibid.*
C. Vettius Marſus. 22.
Celanum Marſorum Caput, & vetuſtiſſimum Oppidum. 157.
Fuit nullius Dioeceſis, & Civitas. *ibid.*
Auctores qui de Celano ſcripſerunt. 158.
S Franciſcus de Aſſiſio Celani multis claruit miraculis. 159. *uſq. ad* 161.
Et Conventum ſui Ordinis conſtruxit. 54. & 55.
Fontem magnum oriri fecit. 161.
Celanum multa Oppida ſub ſe tenet, & caput Status eſt. *ibid.*
Fredericus II Imp. quare vetus Celanum demoliri juſſerat? 161. *uſq. ad* 163.
Quando alterum Celanum aedificatum cum fortiſſima Arce. 163. 164.
Arx Celani a quo fundata. *ibid.*
Exc. Julius Sabellus, & Catarina Uxor, Celani morati ſunt. *ibid.*
Celani Eccleſia Praepoſitum mitratum buit. 170.
Celani Monaſterium Caeleſtinorum a quo fundatum. 53. & 54.
Mitratum Abbatem habet. 177.
Celanenſis Beatus Thomas, vide lit. T.
Celani Eccleſia S. Joannis Veteris (nuncupata) a B. Joanne conſtructa. 81. & 158.
Ipſius Templi quoddam Columnae principium ab Angelis factum *ibid.*
Ibi ſunt Corpora SS Martyrum Joannis, Victoris, & Stephani. 81.
Clerus Celani olim Epiſcopum Marſorum eligebat. 107.
Celanenſes olim quaedam familiae nobiles. 184.
Petrus Marſus Comes Celani notatus. *ibid.*
Alii Viri Illuſtres Celani. 185. *uſq. ad* 196.
Philippus de Celano, celebris Vir. 188.
Eccleſia S. Marie Valleviridis Celani pluries nominata, & praeſentim. 191.
S. Ceſidii Martyris Acta. 85. *uſq. ad* 89.
Ubi ipſe martyrio inſignitus. 86.
Brachium S. Ceſidii bis in anno colitur miraculis clariſſimum contra gularum morbos. 86.
Conradus de Albi a Saracenis interfectus Ven. Vir fuit. 70. & 71.
Corſi Joſeph de Celano. 186.
Corſignani Franciſcus Maria, & Caeſar. 193. 194. 195.
Cucullum Oppidum a S. Dominico Abbate illuſtratum. 90 & 91.
Animalia venenoſa ibidem ſiſtere non poſſunt. *ibid.*

D

Diſcretus a Tranſaquis optimus Vir laudatus. 203.
S. Dominicus Abbas diu in Marſis fuit, & obiit. 90.
Cucullo Oppido, ferrum mulae, & denrem reliquit. *ibid.*
In Cuculli ambitu venenoſa animalia extrare non poſſunt. 90 & 91.
Domitius Marſus celebris Vates Melenam puellam dilexit. 35 36.
Duranti Dominicus de Avezzano. 281.

E

E

ÆLius Vernus Marſus, Eques. 22. 23.
Æneas de Malleano celebris Vir. 266.
Epicurus Antonius celeberrimus Vir Marſus. 196.
Ipſius Vita, laudes, & elogia. 196. *uſq. ad* 202.
Epiſcopi Marſi. 128 *uſq. ad* 174.
Æſernia an fuerit unquam Urbs Marſorum. 39. & 52.

F

FAmiliae quaedam vetuſtae Celanenſes. 183.
Familia Hortentia Marſa, olim Romana. 22. *uſq. ad* 25.
Fantotii Joannes, Eques. 244.
Fellius Tyberius, & Martius de Avezzano laudati. 279.
S. Franciſcus de Aſſiſo fuit in Marſis, vide lit. S.
Franciſcus è Podio Ginulpho notatus. 218.
B. Felix a Cantalice fuit in Marſis. 97. & 98.
Flavius Joannes Paullus de Alba doctus Vir. 219.
Floridus Angelus laudatur. 285.
Fucinus Lacus in Marſis celebris, & antiquiſſimus. 13. 14.
Fucinus an unquam Marſicanam Urbem abſorpſerit. 11.
Fucini aqua olim Romam perducta fuit. 294.
Noumachia, & bellum navale ibidem factum. 295.
Aqua Fucini lotione ſalubris. 301.
Fucini laudes juxta Strabonem. 313.
Vocatur Lacus Celani. 314.
Aliquando creſcit, & aliquando decreſcit. *ibid.*
Monetae, Idola, ac alia è Fucino aliquando hauſta. 315.
Venationes olim in Fucino factae. 316.
Pinna, & Valeria Urbes a Fucino abſorptae. 314.

G

GAlganettus Leander J. C. doctiſs. 215. 216.
Galleſius Antonius, an fuerit Marſus. 203.
Galloſius Pompeius de Celano, & alii. 190. & 191.
Gattus Antonius de Ortygia. 282.
S Gemmae Marſae Vita. 59. 60. 61.
Gentilis de Ajello Epiſcopus. 142 143.
Grandis Joannes doctus Juris Conſultus quid ſcripſerit. 238.
Gratianus Bonifacius opt. Phonaſcus 214.
Guadagnolus Philippus doctiſs. Vir, & ter laudatus. 250.
Ejuſdem opera evulgata, & alia. 250. *uſq. ad* 265.

H

S. HErmes in Marſis obiit, & ubi. 92.
Hortentia familia Marſa fuit clariſſima in Urbe. 22. 23. 24.

I

JAcobi Sancti Viri de Scanſano acta. 72.
Jannetella Petrus de Ajello Epiſcopus. 143.
B. Joannis de Taleacotio Sanctiſſimi Viri Acta. 67. & 68.
Joannes de Cucullo Generalis Coeleſtinorum fuit. 245.
B. Joannes Fulginas, in Marſis diu extitit. 81. 82 83.
SS. Joannes, Victoris, & Stephani Martyrum corpora Celani ſunt, & ubi. 81. 82.
Joannis filius Borrelli, Marſus, & Cardinalis. 108.
Joannes Marſus Epiſcopus. 129.
Joannes a Petrella Miles. 219.
Joannes de Luco Marſus Epiſcopus. 137.

Digitized by Google

Jorii Paullus de Celano laudatus. 188. & 189.
Julianus de Celano Scriptor egregius. 185.

L

LAbeo Marſus celebris Dux. 20. & 21.
L. Sylla contra Marſos. 15.
Lancellottus de Lancellottis de Avezzano laudatus. 273.
Latus Andreas Eques. 244.
B. Leggero Sanctus Vir de Celano inſertus. 68.
Leo Marſus Cardinalis celebris Vir, relatus. 108. 109. & 110.
Leo alter Cardinalis Marſus. 112.
Leoni Franciſcus de Taleacotio doctus Vir Soc. Jeſu. 242.
Lucius Verus in Marſis proprie in S. Petito Oppido ob aeris temperiem moratus eſt. 75.
Luci Oppidi Marſorum exordium. 307.
Fr. Rufinus de Luco, & T. Peticii memoria. 206. & 268.
Luminoſus Epiſcopus, & genere Marſus. 134.

M

MAceroni Franciſcus doctus Vir. 226.
Julius Abbas nominatus. ibid.
Machaſani Angelus Epiſcopus. 145.
Franciſcus Marſorum Epiſcopus. 146.
Gabriel Jacobus Marſ. Epiſcopus. ibid.
Jacobus celebris Vir Epiſcopus. 147.
Joannes Dionyſius Epiſcopus. ibid.
Angelus Epiſcopus Anxianenſis. 148.
Acta inter Theatinos, & Anxantinos ob Epiſcopum. 148.
Georgius Epiſcopus Hortanus. 149.
Fr. Antonius Angelus. 149.
Marius Abbas doctiſſimus Vir. 150.
Macrinus Caeſar Soc. Jeſu celeberrimus Vir. 127.
Malleanum Oppidum Marſorum eſt. 249.
Viri Illuſtres ibidem nati. 249. uſq. ad 268.
Marozzius Joannes Franciſcus relatus. 185. & 186.
Marſi unde dicti, & ipſorum origo. 7. 8. 9.
Marſi Aprutini. 8.
Auctores qui de Marſis tractarunt. 8. 9. 10. & 13.
Marſorum virtutes erga ſerpentes. 10. 11.
A Marſis Maraſſum ideſt Vipera dicitur. 10.
Marſi ſaliva ſerpentum morſus medebantur. ibid.
Marſorum Reges olim quales. ibid. & 19.
Marſos aliqui a Circes filio natos volunt. ibid.
Medea, & Anguitia in Marſis. 11.
Marſicana Civitas an unquam fuerit. ibid.
An Fucinus illam abſorpſerit. ibid.
Marſorum fines. 12.
Marſi a Roma Mill. xxx. diſtant. ibid.
Marſorum quaedam vetuſta Oppida. ibid.
Marſi olim Provinciales dicti ob Valeriam Urbem. 12.
Quando Dioeceſale nomen habuerint. 13.
Marſorum amaenitas. 13.
Marſorum quaedam familiae Romanae effectae. 26.
Fucinus Lacus in Marſis antiquiſſimus. ibid. & 14.
Marſorum vetuſtum bellum. 14. & 15.
Marſi fortiſſimi. ibid.
Cum Romanis pluries pugnarunt. ibid.
L. Sylla Marſos exterminare ex Italia conabatur ob ipſorum fortitudinem. 15.
Marſica Legio Albae fuit. ibid.
Marſi quando victi. ibid.
Marſis quis vere nomen dederit. 11. & 18.
Marſi Viri Illuſtres ante Chriſti adventum. 18.

Marro primus Marſorum Dux. 11. & 18.
Is Marſis, & Marruvio Caſtello nomen dedit. *ibid.* & 19.
Vibius. 19.
Umbo, & Q. Pompedius. 20.
Labeo. 20. & 21.
Q. Pompedius alter. 21. & 22.
C. Vettius. 22.
T. Hortentius, Ælius Vernus eques frater. 22. 23.
Q. Hortentius alter, & reliqui hujus familiae Hortentiae. 22.23 24.25.
Septimius, qui triduo Romae imperavit. 27.
Ipſius celebris oratio. *ibid.*
Q. Nini Sepulcrum in Marſis. 28.
Necnon Juliae Januariae. 28.
Et Peticii, ac Trebatii Ciceronis amiciſſimi. 29.
Pellaccus. 29.
Tabenus. 30.
Marcellus Vettius in Marſis. 30. & 31.
Q. Vettius Vettianus. 31.
Marſonus. 32.
Nug-- *ibid.*
Marcus Marius, & Martius Vates. 33.
Q. Martius Dux. 34.
Valeria Marſa foemina Romae celeberrima. *ibid* & 35.
Urbem de ſuo nomine in Marſis conſtruxit. *ibid.*
Domitius Vates celebris. 35 & 36.
Hic Melenam puellam dilexit. *ibid.*
Vibrius. 37.
De perduellionis crimine accuſatur apud Tyberium Imp. *ibid.*
Fuit Syriae Praeſes. *ibid.*
M. Annejus Carſeolanus. 38.
Ipſius Conſanguinei. *ibid.*
Marſorum Urbes Vetuſtae quot. 39.
Marruvium Urbs Marſorum antiqua nunc deſtructa. 52.
Ubi natus S. Petrus Coeleſtinus juxta Oldoinum. *ibid.*
Maſciarellus Franc. nunc eſt Celani Praep. 78.
Matthei Aurelius, & Philippus. 277. 278.
Mattuccius Valerius Baro. 188.
Mazzarini Julii Cardinalis Vita. 123. *ad* 128.
Mercatellus Franciſcus, & Joſeph 278. 279.
Milonus Alex. & Barth. 273. 281.
Minicuccius Marcus Antonius. 280.

N

Naldus Joannes Franciſcus, & Franciſcus, docti Viri. 213. & 214.
Ne---Ceſarius. 137.
Nola Felix de Alba. 247.
Nug.--- Marſus. 32.
Nicolaus de Celano Epiſcopus Marſorum. 166

O

Octavianus . . . de Taleacotio Epiſcopus. 140.
D. Oderiſius Cardinalis Marſus. 111.
Oderiſius alter Cardinalis Marſus. 112.
Oddonus Celani Comes. 136.
S. Oddus an fuerit Marſus. 57. *ad* 59.
Ortygia Oppidum Marſorum in Fucini ripa. 57.
S. Orantes in Marſis. *ibid.*
Orlandi Joannis memoria. 280.
Ovindolum Oppidum nominatum. 75.

P

Paciottus Marcus Antonius. 278.
Pandulphus Epiſcopus. 132. 133.
Corpora SS. Martyrum Celani repoſuit. *ibid*
Paſchatius de Malleano laud. 268.
Paulinus Franciſcus Baro. 266.
Petronilla filia doctiſs. 266. 267.
Pellaccus Marſus. 29.
S. Pelinus in Marſis fuit. 94.
Petius Caeſar de Celano Epiſcopus Sulmon. 167.
Franciſcus Aquilae Rotae Auditor. 168.
Et alii hujus familiae laudati. *ibid.*
Petrus Caeſenſis doctus Vir. 208. *ad* 210.

Et Paullus frater. 210. 211.
Petrus de Agello doctus homo. 225.
Petrus Coeleſtinus V. de Murrone dictus an fuerit Marſus. 52.
Decem habuit Fratres, & ubi Papa electus. *ibid.* & 53.
Aquilam Urbem aſino inſidens acceſſit. *ibid.*
Aquilae coronatus biſcentum mil. hominibus adſtantibus. *ibid.*
Dum vivebat ad Marſos ſaepe acceſſit. 52. 53. & 54.
In Oppido Monaſterium conſtruxit. 53.
Petrus Marſus Epiſcopus, fuit etiam Vicarius S. Mariae Majoris Romae. 138 & 139.
S. Petrus Eremita Marſus ubi natus. 62.
Ubi mortuus. *ibid.*
Fit de eo officium duplex, & ubi. *ibid.* & 63.
Ipſius Acta. 64. *uſq. ad* 66.
Devotio S. D. N. CLEMENTIS XI erga S. Petrum. 66.
Phoebonia Portia de Avezzano Mater Cardinalis Baronii. 116.
In Coelum aſcendentem ipſium animam filius vidit. 117.
Ubi tumulo datur. 118.
Phoebonius Priamus laudatus. 274.
Mutius ter commendatus. 275.
Philippus de Ayello Epiſcopus. 143.
Piccolomineus Alexander de Celano. 187.
Pinna olim Urbs Marſorum. 39.
Piperni Brauſſi de Celano inſcriptio ubi. 191.
Piſcinae adeſt Monaſterium S Clarae, ac brachium S. Maximi Martyris. 93. 94.
Piſcina unde Incolas habuerit 129. & 130.
De Piſcina Antonii duo celeberrimi Concionatores. 223.
Pontibus Joannes Cardinalis, Curcumelli apud Marſos natus. 114.
Vir celebris. *ibid uſq ad* 116.
Pontibus Joannes Baptiſta Marſus Epiſcopus Bituntinus, 128.
Alexand. electus Ep. Marſorum *ibid.*
Pontifices Marſi. 41. *uſq. ad* 54.
Pontius quidam Marſus laudatus. 54.
Puccius Thomas Piſcinas, Epiſcopus. 151.

Q

Q. Pompedius Marſus. 20.
Q. Pompedius filius. 21. & 22.
Q. Vettius Vettianus Marſus. 31.
Q. Martius Dux. 34.
Quiniſius Marſus Epiſcopus, nequiſſimus Vir, & Spurius. 131.
Plura ob ipſum malè eventa. 132.

R

Raynaldus de Civitate Antinae, & ejus Pater laudati. 93.
Raynaldus de Celano Archiepiſcopus Capuanus. 166.
Raynaldus alter Epiſcopus. *ibid.*
Raynaldutius Petrus Pſeudopapa Marſus. 50 51. 52.
Raynaldus Marſus Cardinalis. 112. & 113.
Raynerius de Avezzano laudatus. 269. & 273.
S. Romualdus an fuerit in Marſis. 95. & 96.
Fuit Camaldulenſium Inſtitutor, & laudatus. *ibid.*
Roccus Livius de Celano Poeta egregius. 185.
Roccus Antonius an fuerit Marſus juxta Phoebonium. 284.
Rottaris Marſus Epiſcopus. 129.
Roſcettus Gaſpar de Taleacotio doctus Vir. 240.
Reſta Fr. Propertius Epiſcopus, celebris Vir, ac doctus. 141. & 142.
Franciſcus doctiſſimus Vir. 236. *uſq. ad* 238.
Et alii ejuſdem familiae nominati. 238.
Roſcemanus Cardinalis Marſus. 113.
S. Rufinus fuit primus Marſorum Epiſcopus. 83.
Ipſius acta. 83. *uſq. ad* 89.
Fidem primò in Marſis praedicavit, &

& auxit. 83. 84. 85.
Ruggerii Franciſcus, & Bernardinus de Celano, Equites. 183.
Oddo Celani Comes coram S. Franciſco defunctus. 182.

S

SAbellicus Marcus Antonius doctiſſimus Vir. 220. *uſq. ad* 223.
Fr. Sabinus de Celano Eiſcopus. 173.
Saliva Marſi Serpentum morſus ſanabant. 10.
Scipio Africanus Syphacem Regem Captiuum Albam miſit. 40.
Statua quaedam Marſia. 27.
Tales Statuae cur aedificatae. 28.
Salvatus de Pereto Marſorum Epiſcopus. 145.
Sancti Viri Marſorum. 54. *uſq ad* 98.
S. Franciſcus de Aſſiſio Marſos petiit. 54.
In Carſeolis Conventum conſtruxit. *ibid.*
Necnon Celani. *ibid.*
Sanctus Orantes in Marſis miraculis clariſs. 57.
Ubi ejus Corpus. *ibid.*
Sanctorum duorum incogniti pronominis Acta in Marſis. *66* & *67.*
Schacchus Philippus celebris Veterinarius. 243.
Serrichius Lelius Vitam Ven. de Affictis nunc M.SS. compoſuit. 321.
Sigiſmundus Marſus Epiſcopus. 135.
Silverii Bernardinus, & Jacobus Epiſcopi de Celano. 171. & 172.
Haec familia nobilis, & quibus affinis. *ibid.*
Locupletem Legatum in Urbe reliquit. 173.
Simbolus Joannes Antonius Piſcinas nominatus. 225.
Villam Prezzoro dictam, conſtruxit. *ibid.* & 224.
Simplicii, Conſtantii, & Victoriani Martyrum Acta, Vita, & geſta. 74 *uſq. ad* 81.
Ipſorum oſſa Celani venerantur. 80.
Miracula eorumdem. *ibid.*

T

TAbenus Marſus. 30.
Taleacotii Oppidum in Marſis 152.
Taleacotio Cognomento Gaſpar, an fuerit Marſus. 242. 243.
Joannes de Taleacotio Pictor notatus. 243.
Viri Illuſtres Taleacotii in literis & militia 228 *uſq. ad* 244.
Theodini duo, Cardinales Marſi. 111.
T. Hortenſius, & Ælius Vernus Frater Eques. 22 & 23.
Plures de hac familia Viri illuſtres. *ibid.* & 23. 24.
Thomas Marſus Epiſcopus. 137.
Thomas de Celano Beatus. 54.
Ipſius Vita. *ibid. uſq. ad* 57.
Thomas alter de Celano Epiſcopus. 165.
Thomas alter de Celano Praeſul Sublaci. 174.
Thomas de Celano miles egregius. 185.
Thomaſſettus Fulgentius. 223.
Paullus Antonius.
Joannes Baptiſta J.J. V.V. D. D *ibid.* & 224.
Tranſaquarum Eccleſia olim Claudii Imp. domus. 85.
A S Rufino conſecrata. 83 85.
Ibi plura SS. Corpora. *89 90.*
Tranſmundus Marſus Epiſcopus Valven. 144.
Tridulphus Marſus quidam laudatus. 202.
Tuderiſius Marſus Epiſcopus. 129.
Tudonus Joannes laudatus. 238.
Joſeph nepos nominatus. *ibid.*

V

VAleria Mulier Marſa, Romae celebris. 34 & 35.
Quae Valeriam Urbem olim in Marſis conſtruxit. 35.
Patriam Bonifatii IV. Papae. 41.
Vecchius, ſive de Vecchis Petrus Paullus. 285.

Vetulus de Curcumello, Gentilis Baro. 116.
Vetulus Joannes laudatus. 244.
Vibius Marſus. 19.
Vibius Marſus Syriae Praeſes. 37.
Vibius, & alii SS. Martyres Tranſaquis interfecti. 86.
Vipera dicitur. Maraſſum a Marſis. 10.
Viri Illuſtres ante Chriſti adventum vide lit. M.
Viri Illuſtres ante Chriſti adventum, vide in ipſorum nomine, vel cognomine.
Umbo Marſus. 20.
Urbes vetuſtae Marſorum quot. 39.

Z

ZAccharias Marſus Epiſcopus celebris Vir. 136. & 137.

F I N I S.

Digitized by Google

Ipſius libr. 4. cap. 3. n. 5. inquit, quod nos errare nati ſumus unde lapſus in homine calumniari, eſt ſibimet iniuriam facere; hinc (Chariſſime Lector) ob notitias quaſdam habitas etiam dum opus imprimebatur, & ob exemplaria tunc ſaepe a Librariis tranſcripta, & ob Typographi errores, molta corrigenda in fine adverti, item ob praeli Correctoris negligentiam, cui omninò fidebar, quae omnia, libenter tollera, aut

Menda, ſic Emenda.

Pagin 7. linea 8. Haec Hae 14. 17. incutiſſe incuſſiſſe 59. 13. caecinit cecinit ibid. 24. aeditionem editionem 21. 9. Quae Quod 23. 24. fragrantius flagrantius 29 30. labefactas labefactatas 19. 16. flavide flavedine 38 5 reſcindit reſcidit 41. 14. vultori Ultori ibid. 6. Promiſque Pomiſque 43. 26. Innora Ignora 44. 18. Mellites Mellinus 49. 21. Luce nuce 50. 4. juxta juxtà 51. 6. parvum parum ibid. 13. Principae Principe 58. 14. percuti cudi 65. 28. praecando precando 69. 21. mobilie nobilis 71. 12. hae haec 74. 23. moram vincolis moram in vinculis 73. 37. conſtruxiſſe conſtruxiſſet 81. 15. moraretur morabatur 88. 9 Ronum Rufinom ibid. 14. Ad Idolorum Ab Idolorum 92. 11. Antinam Anxaoriam 96. 9. ſternuerat ſtraverat ibid. 13. reium reum 97. 7. demolitum eſt dirutum eſt 98. 19. placie planicie 103. 13. prologum prologus ibid. tractantem tractans 106. 7. iudis rudibus 108. 5. ducebat ducebant 113. 12. Cultura Cura 114. 7. Curcumeliense Curcomelienſi 153. 5. M. CD LIX. M. CD. XLIX. 156. 5. neptam neptem 118. 25. materno materna 122. 19 Curpora Corpora 124. 26. quem qui 123. 2. promulgaret promulgavit ibid. 13 hauſum hauſtum 126. 3. propter praeter ibid. 33. Vira Vitae 330. 36. manſit manavit 331. 19. Iſtinc hinc ibid. 24 amicos amici 133. 23. Praeſules Praeſolis ibid. 25. domo domus 136. 23 Veteros Vetetes 137. 7. graegis gregis 139. 9. Anſelmum Anſelmus 140. 19. Initia Initio ibid. 21. attributus attributaa 147. 7. emucleando enucleando 148. 22. Tranſaquenſe Tranſaquenſi 136. penult. Argoiae Argola 157. 9. quas quam 138. 10. qoamprius quamprimum ibid 16 praedoliales praeludiales 160. 25 clariorem clarius 168 8. deperſam diſperſam ibid. 9. reducendum reducendam 184. 19. caepiſſa cepiſſent ibid. ult. avertit convertit 186. 14. Patritios Patritias 198 24 Convenius Conventu 200. 33. invenis juvenis 203. 9. Iſque Uſque 204. 34. Ciceroni, & ibid. 15. fulcitus, Ciceronis, fultus 205. 18. Utroque pariete Utrique periere 206. 12. Immortalis In mortalis 250. commentavit commendavit ibid. 29 quidam qoi ram 211. 14. His Is 213. 3. occaſiooe, ibidem 6. corripiebantur, occaſiones, arripiebantur 213. 12 aureatae, aoratac 219. 4. quemdam qooddam ibid. 20. Oppidolo, Oppidulo 221. 19. & 293 23. hae Haec 222. 30. quem &, qui eum 223. 22. tractantem tractans 225 3. Simcobus Simbolos 227. 4. diſtantem diſtans 237. 5. sbripſit ſcripſit 240. 23. tractantem tractans 242. 15 celatus caeſus 143 20 hae ibidem extant haec extat 246. 16. collecta collectas 253. 5. ſubſtinet ſuſtinet 261. 16 ſaeti laeti 269 23. M. DC. XC. M CCCC. XC. 270. 9. deluitque delevitque ibid. 11. ſucceſſu ſucceſſus ibid. 13. M. CCC. XC. M. CCCC. XC. 271. 2. Acuto aucto 173. 13. mortus mortuus 280. 17. Joannem Joannes 285. Filium Filius 284. 23. Cotto Corſo 295. 24. notantem natantem 320. ult. patet patent 314 2. contigerit, contingetit.

2

Digitized by Google